34307/B/1

55350

CHRISTIANI FRIDERICI LUDWIGII D.

MEDICINAE PROFESSORIS LIPSIENSIS

PRIMAE LINEAE ANATOMIAE PATHOLOGICAE SIVE DE MORBOSA PARTIUM CORPORIS HUMANI FABRICA

libellus

IN USUS DISCENTIUM.

TICINI MDCCLXXXVIII.

Sumptibus) Typographiae Monasterii S. Salvatoris et
) Balthassaris Comini Bibliopolae.

Praesidib. rei lit. permitt.

D. Luig. Lanzani

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

PRAEFATIO.

Semper equidem exiſtimavi academico doctori duplicem patere viam, qua ſcriptis quidem in publicum emittendis aliquam officii ſui partem poſſit explere, alteram hanc, ut eam, quam profitetur doctrinam, novis inventis et cogitatis litteris mandandis augere atque perpolire contendat, alteram vero, ut collectis atque in unum locum congregatis iis, quae alii ante ipſum vel invenerunt vel cogitarunt, cum diſcentibus ea communicare inſtituat; illa ad gloriam augendam eſt accommodatior, haec autem maiorem nos ſaepenumero utilitatem iubet ſperare. Quanquam vero haud ignoro, hanc illa magis eſſe frequentatam lubenterque agnoſco, eam acceſſu non adeo difficilem eſſe, putavi tamen et mihi primum

in hoc ipso tramite eſſe incedendum, ut poſſem eo securius et tutius poſtea alteram mihi viam persequendam proponere. Ut ergo officio meo ex hac quidem parte satisfacerem, ornatus quippe a *Potentiſſimo* et *Serenissimo* Patre Patriae eiusque Amicis sapientissimis honorifico Profeſſoris munere ad conscribendum et edendum libellum compendiarium, ut dicunt, animum appuli, certiſſime persuasus, me non supervacaneum aut inutilem suscepturum eſſe laborem. Etſi enim nolim equidem arrogantius videri de me meisque conatibus sentire, tamen si aliquam laudem ipse mihi deberem vindicare, ea foret, quod novam quaſi et hucusque incultam disciplinam perveſtigandam et perscrutandam mihi sumserim, nec, ut multorum, qui libros in scholarum usus conscribunt, mos eſt, ex aliis eiusdem artis compendiis libellum paululum immutatum edere inſtituerim.

Iam vero in ea opinione me semper fuiſſe profiteor, in cognatione

ne

ne et conſpiratione medicinae theoreticae et practicae praecipuam noſtrae artis utilitatem, nobilitatem atque praeſtantiam ponendam eſſe, eaque sola viam ad recte medendi peritiam nobis aperiri, neminemque poſſe internis et externis morbis ac valetudinis viciſſitudinibus scienter ac perite mederi, niſi corporis humani partes accurate noscat et rationem ac modum cognitum etiam habeat, quo ipsae hae partes vitiari poſſunt et corrumpi. Quare cum in anatomia ad pathologiam medicam et chirurgicam in primis accommodanda semper cum aliqua voluptate fuerim versatus, iamdudum de anatomia pathologica olim edenda cogitaveram; post vero aliae adhuc cohortationes et causae accedebant, quae me ad huncce laborem provocarunt, quarum praecipuas modo hic commemorare liceat. Primum enim cognoveram anatomicos dudum iam non modo ad eiusmodi inſtitutum a praeſtantiſſimis viris Bartholino, Bonneto, Salzmanno, s' Graeu-

Wenio fuiſſe excitatos, sed exemplis etiam ab eodem Bonneto, Horstio, Blancardo, Morgagnio, Baadero, Lieutaud, Stollio aliisque commonefactos. Deinde impulit me ad hanc disciplinam accuratius pertractandam praeceptorum quorundam et fautorum Magnifici Bosii, Kadelbachii, Kappii, Stollii, Lobsteinii (cui terra ſit levis), Camperi, Vicq d' Azyrii invitatio et adhortatio, quorum virorum eruditiſſimorum et laude mea maiorum suasu factum eſt, ut partim frequentius libros observationum evolverem et adirem, partim etiam morbosorum cadaverum diſſectiones et disquiſitiones qualibet occaſione opportuna et idonea oblata inſtituerem et perficerem. Qua de causa plura cadavera mox in valetudinariis, mox in theatris anatomicis cum hic Lipſiae, tum Viennae cum optimo et animo meo cariſſimo Stollio, Argentorati item et Londini cum Schulzio meo, Hamburgi nunc utramque medicinam multa cum laude faciente, in-

incidi, multasque, quas schola pathologicas dicere consuevit, sectiones suscepi. Praeterea accedebat etiam hoc, quod occaſionem nactus fueram in museis et thesauris Guilielmi et Ioannis Hunteri, Lowtheri eruditiſſimi et in anatomia et arte obſtetricia experientiſſimi viri et Watsoni et in locupletiſſima nosocomii St. Thomae, quod Londini eſt, collectione optima et praeſtantiſſima partium c. h. vitiatarum et corruptarum, herniarum, polyporum, ulcerum, aneurysmatum, et alia eiusmodi praeparata eaque curiose et ſtudiose conservata inspiciendi. Omnino enim Angli maximam laudem merentur, quod a Io. Friderico Meckelio, viro eximio, excitati et commonefacti non solum sani corporis partes accuratius inveſtigarunt, verum ex cadaveribus quoque morbis mechanicis demortuorum partes monſtrose et contra naturae morem immutatas delegerunt et aſſervarunt. Quod quidem veriſſime me dixiſſe is certe concedet, qui per

Albini Heidelbergenſis et Meckelii discipulos anatomes ſtudium ſimili ratione in Angliam migraſſe noverit, qua conſtat botanices et hiſtoriae naturalis universae cognitionem per Solandrum in eandem terram, in qua erudite et sedulo fovetur et indies inſignia incrementa capit, deveniſſe. Denique cum admodum iucundum et frugiferum huncce laborem inveniremus, atque pathologiam nunc quidem adeo negligi intelligeremus, ut nemo huncce eius neglectum poſſit vel ignorare vel aequo animo ferre, speravimus fore, ut noſtri saeculi homines hos conatus noſtros tanto minus supervacaneos ſint iudicaturi. Cum enim pathologia praecipua artis medicae rationalis omnemque empiriam aversantis pars ſit, inque conſiliis capiendis medicos in primis prudentiores reddat, multum sane, ſi qui eam adhuc accuratius tractandam et perpoliendam ſibi sumserint, ab iis in hacce disciplina videtur expectandum. Si enim Hippocratis, Alpini.

pini, Lommii, Bellini, Fieni, de Rega, Boerhavii, Gaubii, Gruneri et recentiorum nosologicorum ſcripta exceperimus, caeteri perparum in pathologia praeſtitiſſe exiſtimandi sunt.

Nunc vero, quem ordinem fuerim secutus et qua ratione hocce opusculum composuerim, paucis videtur exponendum. Brevi et succinta ſingularum observationum enunciatione ſive aphoriſtica, ut dicunt, dictione usus sum, partim ut cariſſimi auditores mei, in quorum usus has primas lineas praecipue composui, eo expeditius partium corporis humani vitia oculis poſſent perluſtrare, partim ne iuſto verboſiore sermone usus perspicuitati aliquid detraherem vel satis iam nota explicatione nova expedirem. Porro ſingulas observationes secundum corporis humani potius partes, quam ad ordinem doctrinarum pathologicarum proponere propterea conſtitui, quoniam non solum a repetitionibus, quas nec hac tamen, quam delegi,

via

via incedens omnes evitare potui, quantum ſieri poterat abſtinendum putavi, verum quoniam etiam animus mihi erat, anatomiam potius ad pathologiam quam hanc ad illam accommodare, persuaso quippe, cognitis iis modis, secundum quos corporis humani fabrica corrumpitur et immutatur, pathologiam etiam facilius poſſe illuſtrari. Plerique quidem anatomiae practicae scriptores una cum vitiis partium praeter naturae legem in cadaveribus repertis ſive morborum cauſis, sequelas etiam, symptomata et ſigna eorundem enarrarunt, inter quos in primis Morgagni eminet; nos vero syſtematicam potius methodum secuti, quam hiſtoricam enarrationem spectantes, morbos ipsos, causas eorum, et observata, ſive ſic dicta visa reperta, secundum partium numerum et ordinem congeſſimus, de ſignis et symptomatibus abditarum harum causarum coram auditoribus dicturi et praecipua quaevis explicaturi. Nam quamvis

prius

prius in animum noſtrum induxeramus, in notulis subiiciendis de symptomatibus et ſignis pauca quaedam adspergere, tamen ab hoc conſilio iterum receſſimus, quippe animadvertentes, partim nondum poſſe omnibus numeris absoluti et perfecti aliquid praeſtari, ipsosque noſtros conatus multis modis inhiberi, partim etiam nos, hunc tramitem secutos, semioticen potius et symptomatologiam, quam anatomiam pathologicam fuiſſe conscripturos. Quapropter in hac primarum linearum editione in enumeratione eorum acquievimus, quae coram sunt in conspectu poſita oculisque cernuntur et attrectatu sentiuntur, exiſtimantes, non hic de placitis et controverſiis sermonem eſſe, sed nostrum inſtitutum contineri et versari in eo, ut observationes a praeſtantiſſimis auctoribus proditas enarraremus et exempla observatione quaeſita aut experientia oblata colligeremus. At enim vero etſi non ignoramus, solam factorum enarratio-

nem

nem ad pathologiam perpoliendam et augendam haud ſufficere, tamen nec talem operam contemnendam vel despiciendam eſſe arbitrati sumus. Eodem modo egregie etiam intelligo, nos multorum morborum organicorum in primis ex vasorum venosorum et lymphaticorum debilitate ortorum naturam, veluti scirrhi, sarcomatis e. s. p. nondum habere satis perspectam, ipsamque accuratiori et subtiliori adhuc indagatione anatomica indigere, sed gaudeo potius, quam doleo, eſſe hic aliquid adhuc in usum generis humani detegendum et enucleandum.

Iam vero his aliquot etiam excusationes oportet subiungere. Equidem nec potui nec volui observationum omnis aevi ubertatem et varietatem in his paginis expromere, sed iſta potius exempla delegi, quae mihi notatu digniſſima et praecipua videbantur et quibus caetera quaſi suberant. Quum enim huius scientiae succinctam modo epitomen edere apud

ani-

animum conſtituiſſem meum, opus erat, ut anguſtis me ſinibus continerem, neque exemplorum aut casuum ſingulorum diverſitate auditoribus meis nauseam crearem. Similiter superfluum etiam et a conſilio meo alienum erat, omnes et ſingulas Bonneti, Morgagni, Lieutaud et aliorum, qui in hac scientia nominis aliquam famam nacti eſſent, observationes indicare et hic repetere. Adeat hos ipsos egregios prorsus auctores, qui bonorum observatorum laudem sunt consecuti, quisquis, cui plura uberius cognoscere et ulterius pertractare volupe eſt. Haec enim epitome, quam in auditorum meorum usum unice edidi, adminiculi loco ipſis inserviat, quo poſſint dictorum memoriam brevi repetitione mente secum recolere, et res ipſis traditas altius animo imprimere. Nec placuit propterea in adiectis notulis observationes omnes Baglivi, Ballonii, Bartholini, Io. Bauhini, Benivenii, Bianchii, Blasii, Blegny, Olai Bor-

richii, Botalli, Camerarii, Diemerbroeckii, Dolaei, Drelincurtii, Duverney, Eustachii, Fantoni, Fernelii, Foresti, Hannemanni, Helwigii, Heurnii, Hildani, Hollerii, Kerkringii, Lancisii, Lentilii, Meckeremii, Mercati, Io. de Muralto, Plateri, Car. Pisonis, Riolani, Riverii, Schenckii, Simonis Schulzii, Senaci, Tulpii, Valsalvae, Verzaschae, Wepferi, Wierii, Willisii, Zacuti et multorum aliorum itemque eas, quae in actis et diariis, quae dicuntur, memoriae proditae sunt, hic commemorare denuo et recensere, quia hoc Bonnetus iam et Lieutaud in suis anatomiae practicae thesauris praeſtiterunt; quare recentiſſimorum potius scriptorum exempla praecipue attuli, quamvis et veterum quorundam, qui vel casus enarrarunt ſingulos vel de morbis quibusdam ſingulari ſtudio commentati sunt, ſine ambitiosa tamen, ut spero, eruditionis oſtentatione in notulis mentionem iniecerim, et iſta

col-

collegi, quae pauciſſimis abhinc annis litteris prodita ſunt et mandata. Has autem notas propterea addidi, non quod ipsas pro perfectis et omni numero abſolutis haberem, sed, ut auditores mei fontes, e quibus hauſiſſem, cognoscerent et qui horum plura scire cuperent, occaſionem ipsos libros adeundi nanciscerentur. Sed praevideo etiam, fore nonnullos, qui repudient et faſtidiant observationes ex actis Uratislavienſibus et monumentis antiquioribus Anglorum, quorum priora quidem volumina ſecundum teutonicam verſionem allegavi, petitas; verum putavi nec haec omni ex parte eſſe spernenda, cum viderim equidem, nec ſummos et in arte ſua clariſſimos viros easdem ſemper praetereiiſſe. Alii fortaſſe illud mihi obiicient atque vitio dabunt, quod non omnia morborum genera et ſpecies a Linneo, Macbridio, Sauvagesio, Cullenio, Sagario, Daniele et aliis conſtitutas deſignaverim atque enumeraverim. Sed ſatius

us erat, ut aequos quosque censores ipsos mihi conceſſuros spero, praecipua modo genera indicare, quam omnes atque saepe vel pauxillum tantum inter se differentes morbos eorumque species nominare. Alii tandem alius me erroris accusabunt, quod nimirum plura fabulosa et incredibilia et vana adeo de monſtrosa partium fabrica, de aliarum partium defectu, de foetibus petrefactis e. s. p. proposuerim, attamen nec de his ſilere volui, quia a viris claris saepe tradita sunt atque iuſta et idonea explicatione utique indigent. Probe equidem scio, periculosum eſſe credere et non credere, uti Phaedrus iam animadvertit, et libros huc facientes percaute perlegendos eſſe, quia auctores saepe vel curioſitate ducti et inauditarum rerum cupidi vel ex inscitia etiam multa fabulosa temere proferunt et narrant; neque tamen vel potui vel volui ea reticere, quoniam ſi etiam hoc criminis genus effugiſſem in ali-

ud

ud haud dubie, quod omiſſionis me reum feciſſet, incidiſſem. Quapropter etiam iſtas fabulosas narrationes interdum verbulo modo indigitavi, quemadmodum et haec in lectionibus ſilentium propemodum plane praetereo vel breviter modo in ea commentor. Improbo enim eorum conſilium, qui rariores modo casus congerunt et monſtrosa modo et insolita venantur, quemadmodum et eorum operam parvi pendo, qui quodlibet morbosum os vel quemcunque tumorem et ſic porro iconibus exprimunt, multoque magis auditoribus meis iſta vitia cognita reddo, quae frequentius obveniunt, quaeque ideo semper etiam paulo accuratius explico et teſtimoniis confirmo usumque huius cognitionis in praxi utraque medica et chirurgica declaro.

De fluidorum morbis et vitiis nihil adieci, cum quia haec ad phyſiologiam pathologicam pertinere mihi videbantur, tum quia Boerhaavius et Gaubius iſtorum praecipua iam pertractarunt.

 Cae-

Caeterum quo minus equidem sum aetate provectus, eo lubentius censorum severitatem et animadverſiones feram, nec volo quemquam me a modeſtia alienum iudicare. Hoc tamen omnes scire ac tenere velim, me non artis magiſtris, sed tironibus et discentibus scripſiſſe, scriptorisque provinciam in scientia hucusque prorsus derelicta hincque multis neceſſario difficultatibus impedita mihi sumſiſſe.

Nunquam vero hanc scientiae medicae partem, quae in primis etiam chirurgiam illuſtrat, derelinquam, sed poſterioribus potius curis ea addam, quae adhuc deſiderantur atque alio tempore, ſi Deus vitam et vires largitus fuerit, auctiorem, novis observationibus locupletiorem et caſtigatiorem editionem huius prodromi curabo.

Quod ſi huncce laborem auditoribus meis profuiſſe intelligam, uberrimum operae meae fructum me tuliſſe putabo. Scripſi Lipſiae in mercatu autumnali A. MDCCLXXXV.

§. I.

§. 1.

Anatomia explicat partium corporis humani sani ſitum, nexum, figuram, ſuperficiem, ſtructuram, numerum et usum: anatomia vero pathologica s. practica exponit de partium corporis humani aegrotantis ſitu, nexu, figura item ac ſtructura a naturae regula abhorrente numeroque earum vel aucto vel minuto et usu sublato.

§. 2.

Quot sunt partes anatomiae corporis sani, tot quoque sunt anatomiae corporis aegrotantis.

§. 3.

Utilitas anatomiae pathologicae ad omnes artis medicae cum theoreti-

ticae tum practicae disciplinas dimanat. Etenim utilis non solum eſt ad cognoscendas morborum et internorum et externorum causas, ad explicanda eorum symptomata, ad definiendam eorum prognoſin et ad conſtituendam medendi methodum, sed ſingularum etiam corporis sani functionum rationem plurimum illuſtrat multoque dilucidius explicat, nec poteſt medicus forenſis eius scientia carere; quae omnia exemplis facile docentur.

§. 4.

Qui vult anatomiae pathologicae operam dare, anatomen corporis humani bene calleat, neceſſe eſt, legat etiam optimos scriptores, qui de cadaverum sectionibus retulerunt et ipse defunctorum cadavera saepius incidat. In inſtituendis autem sectionibus, quae pathologicae dicuntur, summa diligentia opus eſt, quoniam in iis adminiſtrandis errores frequenter admittuntur. Vel enim nimis feſti-

ſtinanter inſtituuntur vel absque idonea cognitione anatomiae aut symptomatum morborumque eorum, qui mortem praeiverunt.

§. 5.

Optima, quae de anatomia pathologica nunc quidem extant scripta, haec sunt:

1. *Pauli Barbette* Anatome practica. Amst. 1659. 8.

2. *Io. Schenkii* Observationes medicae rariores. Francof. 1665. Fol.

3. *Nicolai Tulpii* Observationes medicae. Amst. 1672. 8,

4. *Io. Nicol. Pechlin* Observationes medicae et anatomicae. Hamburgi. 4.

5. *Th. Bartholinus* de anatome practica ex cadaveribus morbosis adornanda consilium. Hafniae 1674. 4.

6. *Ger. Blasii* Observata anatomico-practica in homine et brutis variis. Acc. Extraordinaria in homine reperta. Leidae 1674. 8.

7. Eiusd. Observationes medicae rariores. Amst. 1677. 8.

8. *Theophili Bonetti* Prodromus anatomiae practicae. Genevae 1675. 8.

9. Eiusd. Sepulchretum anatomicum. Genevae 1679. Fol. Vol. 2. Edit Mangeti 1700. Fol. Vol. 3.

10. Eiusd. Medicinae septentrionalis collectitiae. T. I. Genevae 1684. Tom. II 1686. Fol.

11. Bibliotheca anatomica illustrata et aucta — Digesserunt *Daniel Clericus* et *Iac. Mangetus*. Genev. 1699. Fol. Voll. II.

12. *Petri Borelli* Historiarum et observationum medico-physicarum Centuriae IV. Subiunctae sunt Isaaci Cattieri Observatt. medic. Francf. et Lipsiae 1676. 8.

13. *Gregorii Horstii* Specimen anatomiae practicae Francf. 1678. 4.

14. Paeonis et Pythagorae Exercitationes anatomicae et medicae familiares. Basileae 1682. 8.

15. *Io. Iac. Harderi* Apiarium Basileae 1687. 4. c. fig.

16. *Corn. Stalp. van. der Wiel* Obss. rariores anatomicae. L. B. 1687. c. f.

17. *Steph. Blancardi* Anatomia practica. Leidae 1688. 12.

18. *I. Maria Lancisius* de subitaneis mortibus. Romae 1707. 4.

19. *Io. Saltzmanni* Specimen anatomiae curiosae et utilis. Arg. 1709. 4.

20. *Christ. Godofredi Stenzelii* Anthropologia ad pathologiam applicata. Vitembergae 1728. 4.

21. *Corn. Trioen* Observationum medico-chirurgicarum fasciculus L. B. 1743. 4.

22. *Ar. Ferd. Lambrecht* Compendium anatomico-medicum practicum. Harderov. 1747. 8.

23. *Laur. Heisters* medicinische, chirurgische und anatomische Wahrnehmungen.

Er-

Erster Band. Rostok 1753. 4. Zweyter Band durch *W. Fr. Cappel.* 1770. 4.

24. *Io. Lud. Lebrecht Loescke* Observationes anatomico-chirurgico-medicae novae et rariores. Berolini 1754. 4.

25. *Ant. de Haen* Ratio medendi in nosocomio practico. Vindob. 1760. Vol. 15. Eiusd. Continuat. Vol. 3.

26. *Io. Bap. Morgagni* de sedibus et causis morborum per anatomen indagatis. L. V. Venet. 1761. Fol. (Versio Germ. Dn. Dr. Königsdörfer).

27. *Ios. Baader* Observationes medicae incisionibus cadaverum anatomicis illustratae. 1762. 8.

28. Observations on some of the Diseases of the parts of the human body chiefly taken from rhe dissections of morbid bodies by *Sam. Clossy* M. D. London 1763. 8.

29. *Rich. Browne Cheston* Pathological Inquiries and Observations in Surgery from the dissections of morbid bodies with an appendix containing twelve cases on different subiects. Glocester 1766. 4. (Versio germ. Scherfii. Gotha 1780. 8.).

30. *Ios. Lieutaud* Historia anatomico-medica — edita ab *Antonio Portal*. Paris 1767. 4. Vol. 2.

31. *Alb. ab Haller* Dissertationes ad morborum historiam et curationem collectar. Tomi I — VII. Lausannae 1757-1760. 4.

32. Eiusd. Opuscula pathologica. Laus. 1768. 8.

33. *Chr. Gottl. Büttners* in vielen Iahren

gesammlte anatomische Wahrnehmungen. Königsberg 1769. 4.

34 *Ernst. Anton. Nicolai* pathologie. I-VI Band. Halle 1769-1779. 8. Forts. I-III. Band 1781-1784. 8.

35. Rariores observationes medico-practico-anatomicae a Dr. *Gaspare M. Forlani* editae. Dec. I. Senis 1769. 8.

36 *Christ. Gottlieb Ludwig* Adversaria medico practica. Lipsiae 1770. 8. Vol. 3.

37. *Paul s' Graeuwen* Oratio de anatomiae pathologicae utilitate et necessitate. Groning. 1771. 4.

38. *Max. Stoll* Ratio medendi. Vindob. 1777. 8. Vol. 3.

39. *Ed. Sandifort* Observationes anatomico pathologicae. Leidae 1777. 4. Vol. 4.

40. Eiusd. Exercitationes academicae. Leidae Lib. I. 1783. Lib. II. 1785. 4.

41. Clinical Experiments, Histories and Dissections by *Francis Home*. London 1781. 8.

42. *C. Fr. Daniel* Systema aegritudinum. Lips. 1781. 8.

43. *Ios. de Plenciz* Acta et Observata medica. Pragae 1783. 8.

De morboſa partium corporis humani fabrica legi praeter eos ſcriptores, qui in hac paragrapho laudati ſunt, merentur, commentationes diariis Germanorum, Anglorum, Gallorum et caeterorum inſertae, porro obſer-

obſervationum libri et disputationes academicae, quae huc pertinentes obſervationes proposuerunt.

DE OSSIBUS.

Morbi oſſium in genere.

§. 6.

Alia oſſa sunt cylindracea, alia plana, alia capitis, alia trunci, alia extremitatum; alia mobili, alia immobili articulo et nexu inter se cohaerent, aliorum laevis eſt, aliorum asperior superficies, ſtructura aliorum laxior, aliorum firmior et durior, eorumque conſtans semper eſt numerus *a*).

§. 7.

Incremento oſſium obeſt rachitis *b*) et in oſteosarcosi oſſa molles-

a) Scriptores de ossium morbis sunt: *Heyne*, *Petit*, *Duverney*, *Andry*, *le Clerc*, *Hunauld*, *Pallas*, *Schaarschmidt*, *Boettcher*, *Andreas Bonn.*

b) *van Deventer*, *Zeviani*, *Büchner*, *le Vacher de la Feutrie*. *Io. Henr. Klein* Casus

rachi-

cunt *c*).

Lamellae et squamulae oſſium corroduntur et emortuae redduntur in carie humida et ſicca *d*), latente et aperta, interna et externa, topica et universali, venerea *e*), scorbutica, scrophulosa, variolosa e. s. p.

spina

rachitidis congenitae observatae in infante varie monstroso. Arg. 1763. 4. *E. G. Bose* de gibbosorum ex rachitide molestiis. L. 1781. 4. Eiusd. Gibbosae ex rachitide exemplum. L. 1781. 4.

c) *Fernelius* in lib. de abditis morborum causis. Auserlesene Abhandl aus den Philosophischen Transactionen IV. 138. 170. *Io. Fr. Cl. Morand* histoire de la maladie singuliere et de l' examen du cadavre d' une femme devenue contrefaite par un ramollissement general des os. Paris 1752. 12. *Courtial*, *Saviard*, *Pringle*, *G. Hunter*, *Ph. Ad. Boehmer. C. G. Ludwig.* de laesa ossium nutritione L. Idem in Adv. med. pract. II. 421. *Fries* de emollitone ossium Arg. 1775. 4. *Im. Christ. Planck* morb. osteosarcoseos singulari casu et epicrisi illustratus. Tub. 1781. 4.

d) *Lambert. Io. Hader. Slevogt* de carie cranii Ienae 1695. 4. c. f. et alii.

e) *Io. Fr. Knolle* de ossium carie venerea. L. 1763. 4. *Leveling* de carie cranii venerea. Ingolst 1774. 4.

spina ventosa *f*), paedarthrocace *g*), necrosi *h*).

Si emortuum os resolvitur, exfoliationem appellant *i*), eaque est superficialis, profundior, fragmentorum maiorum, minorumve, locumque habet in oſſibus latis aeque ac in tubulosis.

Varia tumorum genera nascuntur, nimirum exoſtoses spuriae, quarum species sunt nodi, tophi, gummata, item verae *k*), quae sunt vel beni-

f) Auserl. Abhandl. a. d. ph. Tr. III. 261. seqq. *Pandolphinus*, *Trioen* obs. fasc. 105.

g) *Portz*, *Chun* de paedarthrocace. Marb, 1697. 4.

h) Bresl. Sammlungen 1723. 99. *Ruysch* Th. X. Tab. II *Cheselden* Osteogr. Tab. LV. Ph. Tr. III. 261. *Troja* de novorum ossium in integris — regeneratione experimenta. Lar. Paris. 1775. 8. *Fr. Chopart.* de necrosi ossium. Paris 1776. 4. et Samml. auserlesener Abhandl. fur pract. Aerzte VI. *David*, *Weidmann*.

i) Ph. Tr. II. 325. *Tenon* Mem. de l acad. roy. de Sc. 1758. *Trioen* obs. fasc. p 43-46. *Ludwig* Adv. med. practica et alii.

k) Ph. Tr. I. 339. *Io. Caspari* de exosto-

si

benignae vel malignae, ad quas poſteriores pertinent ὑπεροστωσις *l*) enoſtoſis *m*), spina ventosa, παιδαρθροκακη, oſteoſteatomata *n*).

Si oſſa inter se iuncta a se invicem seiunguntur, et sedibus suis moventur, luxata appellantur, eſtque haec luxatio vel completa *o*), (ἐξαρθρωσις) vel incompleta (λοξαρθρον), porro etiam ſimplex, complicata,

con-

si cranii rariore. Arg. 1730. 4. *Kulmus Mery* Mem. de l'acad. des Sc. 1706. 318. *Io. Henr. Morstatt* Exostosis singulari exemplo illustrata. Tub. 1781. 4.

l) *Fr. Gebhard*, Adversaria medica. Bas. 1777. 8. Samml. für pract. Aerzte. V. 542.

m) Samml. auserles. Abh. für pract. Aerzte. VIII. 682. und. folg.

n) *Hundertmark* et *Tittmann* Osteosteatomatis casus rarior. L. 757. 4. *Herrmann* de osteosteatomate. L. 767. 4. *Adolph Murray* in act. med. Svec. I. 333.

o) *Io. Salzmann* de luxatione ossis femoris rariore, frequentiore colli fractura. Arg. 1723. 4. Ph. Tr. V. 148. 156. costarum luxatio Mem. de Ch. IV. Femur luxatum *Albini* Anott. acad. V. Tab. II. *A. Bonn* de humero luxato. Amst. 1782. 4.

congenita *p*), acquiſita, diaſtaſis *q*).

Finduntur et franguntur oſſa tranſverſim, (?) oblique, ſecundum longitudinem *r*) vel ab impetu externo vel a vi musculari *s*), fractura etiam eſt ſimplex, comminuta, complicata, et interdum, quanquam rarius, a coalitione penitus abhorret atque articulationis analogum format *t*).

E ſucco, quo oſſa media fracta conglutinantur, callus fit *u*), isque eſt firmus, durus, mollis, tumidus, asper e. s. p. Vel

p) Ph. Tr. III. 296.

q) *Reichel* de epiphysium ab ossium diaphysi diductione. L. 759. 4.

r) *Reichel* et *Hoffmann* de ossium cylindraceorum fiſsura. L. 764. 4. *Io. Laur. Iac. Thieringer* de fiſsura Tibiae. Arg. 1758. 4. *Eccard* de ossium cylindraceorum fissura. L. 1784. 4.

s) Ph. Tr. III.. 279.

t) *Io. Salzmann* de articulationibus analogis, quae fracturis ossium superveniunt. Arg. 718. 4, *Doevern* obs. acad. sp. 204. *Buffon* hist. nat. Aſservat quoque Cel. *Desault* in sua ossium morbosorum collectione specimen, quod idem declarat.

u) *Io Benj. Boehmer* de callo ossium a rubiae

Vel rigescunt articuli vel oſſa ita invicem nectuntur, ut nequeant amplius iuncta moveri. Illud dicitur semicompleta ſive spuria anchylosis, hoc completa ſive vera, quae iterum eſt vel connata x) vel acquiſita y).

Numerus oſſium consuetum excedit

rubiae tinctorum radicis pastu infectorum. L. 752. 4. Idem de ossium callo L. 758. 4. *Detlef. Andr. Bonn* in diss. annexa descript. thesauri ossium morbosorum Hoviani. Amst. 784. 4.

x) Tale anchyloseos vertebrarum colli specimen possideo in mea ossium morbosorum collectione: vertebrae enim tam firmiter concretae sunt invicem, ut unum modo constituere videantur os. Et aliud coram habeo anchyloseos connatae atlantis et ossis occipitalis exemplum. Alia habet *Sandifortus* in Exercitt. acad. T. I.

y) Articulorum omnium, maxillae inferioris, (*Sandifort.* Exercitt. II. 54.) vertebrae primae cum capite, (*Columbus* de re anat. lib. 15. *Duverney*, *Sandifort.*) vertebrae primae et secundae cum capite, vertebrae secundae cum prima vertebra, vertebrarum plurium, vertebrarum cum osse sacro, totius trunci, costarum cum vertebris, scapulae et humeri, cubiti, ulnae et radii, radii cum ossibus carpi et metacarpi, manus totius, ossium innominatorum cum osse sacro, (*Bonn*,

Weid-

cedit et superat dentium z), coſtarum a), vertebrarum b), oſſiculorum carpi: notatur magnitudo oſſium prodigiosa c).

Praeter naturam ſtructuram osseam induunt partes ab oſſe diversae, quales sunt cartilagines, musculi d), tendines, arteriae, dura et pia mater, cerebrum, pleura, aspera arteria, valvulae cordis, lien e), mesenterium f), tuba Fallopii g) e. s. p. *Mor-*

Weidmann, Nos) ossium pubis, (*Sandifort*, *Michell* de synchondrotomia) femoris et ossis innominati, femoris et tibiae, femoris tibiae et patellae, tibiae et fibulae, tarsi ossiculorum cum crure et metatarso e. s. p. cf. *Lieutaud* hist. anat. med. II. 357. *Bonn* l. c. *Sandifort* in obs. anat. path. I-IV. et Exercitt. acad. I. *von de Wynpersse* in diss. academica.

z) *Doeveren* obs. acad. spec. 198. seq. 202.

a) *Sandifort* obs. anat. path. III. 136.

b) *Sandifort*. Nos etiam sceleton possidemus, cuius spina composita est ex 25. vertebris.

c) *Sandifort*. Exercitt. acad. I. 48. *Bonn*. thes. p. 134.

d) Ph. Tr. anni 1761. p. 143.

e) Histoire de l' acad. roy. des Sc. à Paris 1758. p. 41.

f) Medical Transactions Vol. II. London. p. 361.

g) Journal de medecine XVIII. 69. —

Plura

Morbi oſſium in ſpecie.

§. 8.

Oſſium cranii varii ſunt affectus et laeſiones, veluti ἕδρα, ἐκκοπὴ, διακοπὴ, ἀποσκεπαρνισμός, θλάσις, ἔνθλασις, ἐκπίεσμα, ἐγγίσωμα καμάρωσις, ῥῆγμα, τριχισμος, ἀπόχημα e. s. p.

A ſolita forma abhorrent cranii oſſa in hydrocephalo *h*), hernia cerebri *i*), acephalo completo vel incompleto *k*), labio leporino *l*). Noſſe etiam oportet nimiam cranii vel craſſitudinem *m*), vel tenuitatem

Plura exempla oſſificationis praeternaturalis habent *Haller* in Diſs. pr. VI. 335. et *Sandifort* l. c.

h) *M. A. Severin* de rec. abs. natura. *Fr. Ruyſch.* Thes. II. Tab. III. *C. G. Büttner* Beſchreibung des innern Waſſerkopfs — Königsb. 1773. 4. *Pitschel.*

i) *Corvinus* de hernia cerebri Arg. 1749. c. f. 4.

k) cf. infra §. 94.

l) *Doevern*, *Sandifort.*

m) *Tarin* in act. nat. curioſor. *Sandifort* obs. a. p. III. 131. *Lieutaud* hist. anat. med. II. 281. *Adolph Murray* de infundibulo et oſsium capitis in foetu structura aliena. Ups. 1772.

tem diverſamque eius pro nationum varietate formam *n*), suturarum item diverſitatem *o*) cum oſſibus Wormianis his interiacentibus, ſinuum porro cranii inconſtantem numerum *p*) ipsorumque polypos *q*), et insectorum larvas *r*). Fonticuli nonnunquam vel tardius vel plane non coalescunt.

Inter dentes in maxilla utraque poſitos commemorantur solitum numerum excedentes, iuſto maiores, lo-

C co

1772. *Sandifort* Exercitt. II. 30. Et ego aſſervo in mea collectione cranium 5 - 6. linearum.

n) *Vesalius*, *Eustachius* — *Gaubius* et *de Fischer* de modo, quo ossa se vicinis accommodant partibus. L. B. 1743. 4. c. f. *Sandifort* obs. a. p. III. 130. *Doeveren* l. c. 185. 193. *Camper*, *Hunter*, Kosmologische Unterhaltungen. III.

o) *Lieutaud* hist. anat. med. II. 282. *Sandifort* obs. anat. path. et Exercitt. II.

p) *Runge* de morbis praecipuis sinuum ossis frontis et maxillae superioris Rinteln 1750. Mem. de l' acad. de Chirurgie. Tom. IV.

q) Traité des operations de Chirurgie par *Ambroise Bertrandi* p. 369.

r) *Sandifort* obs. a. p. III. 122. not. i. London chronicle 1784. 619.

co insueto poſiti *s*), in senibus adeo prorumpentes *t*). Coronae eorum diminuuntur et consumuntur *u*), emolliuntur *x*), carie corroduntur; praeterea sunt etiam tartarus *y*), fractura, fiſſura, ſigura irregularis, radicum ſitus et inflexio, ipsorum et ſinus et ulcera fiſtulosa ab ipsis formata *z*) observanda. Immo et superioris et inferioris maxillae margo alveolaris minuitur *a*).

Oſſium trunci ſitus conditioque a naturae regula abhorrens deprehenditur *b*) in λόρδωσι, σκολίωσι, κύφωσι, spina

s) *Borellus*, *Albini* Anotatt. I. *Sandifort*. Obs. III. 136.

t) *Borellus* 179. Journal de Medicine. XXV. 316.

u) *Prochaska* Anotatt. academ. Fasc. I.

x) *Le Blanc* Precis des operat. I. 18.

y) *Magellan* sur les insectes polypiers, qui forment le tartre des dents Journal de Phys. par. *Rozier* 1783. p. 178.

z) *Küchler* et *Bruchmann* de ulceribus dentium fistulosis L. 1733. 4.

a) De dentium morbis cff. praeterea *Fauchard.*, *Berdmore*, *Hunter*, *Jourdain*, *Plenk*, *Courtois* ec.

b) *Vesalius*, *Ludwig.* in adv. med. pract. *Corn. Henr. a Koy* de scoliosi. L. B. 1774. 4. *Bonn.*

na bifida *c*) (hydrorachitis) oſſe ſacro bifido *d*), pelvi vel obliqua *e*) vel nimis anguſta *f*). Plures obſervatores coſtas bifurcatas commemorarunt *g*).

Externa oſſium cylindraceorum licet obſervare cariosa, tumida vel alia labe affecta *h*), atque oſſa tarſi et metatarſi diſtorta *i*).

DE PERIOSTEO, LIGAMENTIS. ETC.

§. 9.

Perioſteum, membrana oſſa cingens, repertum, eſt inflammatum, pu-

c) Ph. Tr. III. 260. *Mohrenheims* Beobachtungen. Fasc. I. *Halleri* diss. pr. VII. 485. seqq. *Sandifort* Exercitt. II. 27.

d) *Sandifort.*

e) *Baudelocque* Acc. Tab. IV.

f) *Baudelocque* Acc. Tab. V.

g) *Doeveren* l. c. 203. 204.

h) *Trioen* obs. fas. 126-136. c. f. *Cheston* 71-109. c. f. *Haſſner* de hydrope articulorum. Vindob. 1762. *Müller* de fungo articulari Gott. 1780. 4. *Sauvages* I. 166.

i) Sur la meilleure forme des Souliers par *Petrus Camper* a la Haye.

re eroſum, dilaceratum, iuſto craſſius, attenuatum, et vel a cauſa interna ſeparatum vel a vi externa avulſum *k*).

Cartilagines, lamellae elaſticae, circa oſſium extrema una cum iſtis tument, asperae redduntur, franguntur, coaleſcunt, interarticulares e ſede moventur, oſſeae etiam ſiunt.

Color oſſium pro variis ipſorum vitiis differt, eſtque vel albus, vel flavus, vel cinereus, viridescens aut niger.

Medulla oſſium eſt aut nulla, aut nimia aut nimis fluida, aut ſpiſſa, coloris etiam inſoliti.

Ligamenta, quae vel cingunt oſſa vel latera eorum occupant vel ipſis interiacent reperta ſunt vel a colluvie intus collecta diſtenta, inflammata, eroſa, rupta, oſſea, vel plane defuerunt *l*). Obſervatores animad-

k) *Kaltſchmidt* et *Buch* de morbis perioſtei. Ienae 1759. 4.

l) *Sandifort* obs. anat. path. III. 125. *Bacheracht* de morbis ligamentorum. Leidae 1750. *Haller* diſs. pract. VI. 399.

madverterunt etiam synoviam varii coloris et diversae conditionis ac naturali vel tenuiorem vel ſpiſſiorem, ichorosam, purulentam e. s. p. Hydrops articuli, tumores albi Gallorum, White Swellings Anglorum, sunt morbi nondum satis diſtincti.

DE MUSCULIS.

§. 10.

Musculi ex fibris indolis peculiaris nexi et conſtantes, tendinibus vel aponeuroſibus terminantur omnisque generis vasa et nervos continent, oſſibus adglutinantur iisdemque corporis partes moventur.

§. 11.

Iidem praeter naturam expanduntur in graviditate *m*), hydrope ascite *n*), hydrocele, hydrocephalo e. s. p. ſitus ipsorum mutatur in lu-

 xatis

m) *Hunter*, *Sandifort*, multi alii.
n) *Sandifort* Exercitt. 114. imprimis musculi diaphragmatici.

xatis, fractis, gibberoſis, item in fibrarum spasmo, tetano, trismo e. s. p. mox deprehenduntur carnoſi, mox marcidi aut graciles in paralyſi, inflammantur etiam, fovent abſceſſus o), metaſtases lacteas, continent calculos p), oſſeam materiem q) tumores diverſi generis, et taenias hydatigenas, quae Finnae dicuntur r). Occurrunt etiam exempla musculorum ruptorum s), a vermibus perforatorum t), colorisque obsoleti u).

Licebit quoque rariores quosdam musculos commemorare, ex quorum numero eſt anomalus in facie, gracillimus

o) Lumbricus in abscessubus musculorum abdominal. Acta Helvetica I. 73.

p) Histoire de l' acad. roy. des S. à Berlin 1754. p. 92.

q) *Walter* obs. anat. p. 42. Qualem etiam nos in nosocomio civitatis inter hominis, qui rathritide detinebatur, musculos observavimus. Ph. Tr. V. 101. 105.

r) Tales paucis ante obitum suum mensibus amicus noster coniunctissimus *Cl. Werner* in musculis c. h. abdominalibus detexit.

s) Bresl. Sammi. 1723. 561.

t) Ph. Tr. I. 165.

u) *Morgagni* LXIX. 2.

limus oculi, ſtylopharyngeus alter, cephalopharyngeus, thoracicus, subclavius alter, curvator coccygis, interspinales cervicis supernumerarii, rectus capitis poſticus maior alter, rectus lateralis capitis alter, spinator brevis alter, extensor proprius digiti medii manus, subcruralis, psoas tertius *x*).

Utile etiam eſt, vulnera et rupturam tendinum imprimis Achillis notare *y*).

DE VASIS.

§. 12.

Vasa cylindracea et tunicis compoſita omnes c. h. partes adeunt, e corde egrediuntur rursusque vel ad cor vel ad venas et ductum thoracicum deducuntur, fluida trasmittunt, circulumque humorum regunt.

Arteriae venis robuſtiores et musculari tunica inſtructae a corde ad

x) *Sandifort*. Exercitatt. acad. I. et II.
y) Vid. nos in animadvers. ad le Blanc. Mem. de l'acad. roy. des Sc. à Paris 1722. 68. 12.

partes procedunt duplici ſyſtemate.

Venae, quae sunt arteriis debiliores et copioſiores, velque in superficie poſitae vel profundius ſitae, sanguinem ad cor reducunt, ſyſtemate duplici, vel, ſi placet etiam, quadruplici.

Lymphatica sunt tenuia, perspicua, valvulosa, conspiciunturque vel in superficie vel altius latent, abeunt a corporis superficie eiusque partibus extremis ad ductum thoracicum, ac lympham absorbent.

§. 13.

Arteria tumet in aneurysmate vero et mixto vero z); ubi autem ni-

z) *Lancisus* — *Guattani* — *Matani* — *Lombardini* — *Th. Lauth.* Scriptores latini de aneurysmatibus. *Kühn* ad Hunterum I. 167. *Anev. aortae* Mem. de l' acad. roy. des Sciences à Paris 1724. 594. c. f. 12. *Sandifort* Obs anatom. path. I. 4. *Weikard* vermischte Schriſten. II. Medical Communications I. 118. 178. *Carotidis* Hall. opusc. path. p. 13. Comm. Lips. XV. 427. XXIII. 287. Journal de Medecine XXV. 452. *Subclaviae* Journal de Med. XIV. 55. *Ludw.* Comm. Lips. XV, 427. *Axillaris*

nimis anguſta eſt *a*), coaleſcit adeo, rumpitur etiam et dilaceratur in aneurysmate vero et mixto spurio *b*), vulneratur in aneurysmate spurio. Praeterea enumerantur alia arteriarum vitia, polypi *c*), oſſificationes *d*) eae-

laris Baader Obs. med. p. 15. *Splenicae*. Gli Atti dell' Accad. delle Scienze di Siena T. II. p. 195. *Spermaticae* Journal de Medicine XIII. 359. *Femoralis* Phil. Transact. L. 363. Medical Observat. and. Inquiries London III. 106. *ad Murray* animadv. in femoris aneurysmata. Ups. Comm. Lips. XXIII. 456. *Polpliteae* Journal de Medec. XXIX. 464. *Cruralis* Journ. de Medec. XVII. 262. Ph. Tr. I. 250. II. 191. Comm. Lips. XXIII. 397. *Alefeld* et *Brückmann* de aneurysmate arteriae cruralis in cartilaginem et os mutato. Giſsae 1763. *Walther* de aneurysmate. L. 1738. 4. c. f. *Plenks* Samml. chirurg. Beob. p. 157. *Io. Nic. Holtorf*, Casus aneurysmatis in capite pueri XI. annorum. Arg. 1722.

a) Histoire de l' acad. roy. des Sc. à Berlin 1750. p. 163. *Sandifort* Obs. anat. path. I. 425. IV. 110.

b) Ph. Tr. III. 386. *Sandifort*, *Trew*.

c) *Klaunig* Noſocomium charitatis. hist. 4. et 22.

d) Bresl. Samml. 1725. 659. Ph. Tr. I. 253. II. 193. Pythagorae et Paeonis Exercitt. 208. *Crüwel* de corde et vaſorum osteogeneſi. Halae 1755. *Crell* et *Reinhold* de arteria coronaria

eaeque vel topicae vel universales, ſteatomata *e*), calculi *f*), aberrationes etiam et varietates earum insolitae *g*).

§. 14.

Simili modo vena etiam tumet, inſigniturque tumor eius varicis nomine. Hinc saepe occurrunt varices alii superficiales, alii profundi *h*), oculi *i*), tumorum cyſticorum, mamma-

naria instar ossis indurata. Viteb. *Haller* Diss. pr. II. 563. *Sandifort* obs. *Stoll* rat. med. I. 216. *Morgagni* XXIII. 8. XLVIII. 38. Kongl. Wetenskaps Acad. Handl. 1765. 292. 1767. 163. Gött. Anzeigen. 1784. no. 202.

e) *C. G. Stenzel* et *Sauber* de steatomatibus in principio aortae repertis Witteb. 1723. *Haller* diss. pract. II. 527. *Trioen* Obs. fasc. 34. *Sandifort* Obs. a. p. I. 4. IV. 111.

f) *Büttners* anat. Wahrnehm. Königsb. u. Leipz. 1769. 4. p. 17.

g) *Sandifort*. Obs. anat. path. I. 29. 36. 78. 79. II. 126. 136. III. 17. 32. IV. 91. 106 *Boehmer* de quatuor et quinque ramis ex arcu arteriae magnae adscendentibus. Hal. 1741. 4. *Harder* Apiarium 61. *Loder* nonnullae arteriarum varietates. Ienae 1781.

h) *Else*. Comm. Gott. Vol. II. *Richters* chirurg. Biblioth. V. 123. London Medical Journal Prat. II. 1785.

i) *Severin* absc. nov. obs. p. 38.

marum, polyporum *k*), syſtematis venae portarum in hypocondriacis et iis, qui febre intermittente per longius tempus detinentur *l*), crurum e. s. p. Pertinet huc etiam varix aneurysmaticus *m*). Vena anguſtior facta coalescit *n*), rumpitur *o*), vulneratur eiusdemque vacuitas, (κενεαγγία) polypus *p*), terrea concrementa *q*), excrescentiae *r*) et aberrationes *s*) obſervantur.

§. 15.

Lymphatica vasa reperta sunt dila-

k) *Le Blanc* Precis d' Operat. I. 456.

l) *Lieutaud* Precis de la Med. pratique.

m) Mem. de la Soc. roy. des Sc. à Montpellier I. 245. Medical. Obs. and Inquiries. Lond. III. 110. IV. 377. *Arnaud.*

n) *Albini* Anotatt. acad. I. 80.

o) Bresl. Samml. 1726. 254. *Sandifort* obs. I. 4.

p) Ph. Tr. I. 71. Bresl. Samml. 1720. 657. Nov. Acta Nat. Curios. IV. 52.

q) *Walter* observatt. anat. p. 44.

r) Bresl. Samml. Suppl. II. 168.

s) Fasc. diss. anat. medic. Amst. 1764. 8 *Sandifort Wrisberg* de vena azygos duplici aliisque huius venae varietatibus Gott. c. f.

dilatata *t*), obſtructa *u*), rupta, vulnerata, eorumque ut et chyli receptaculi innumerae varietates deprehenduntur *x*). Eſt quoque calculus in cyſterna lumbali repertus *y*).

DE NERVIS.

§. 16.

Nervi ex filamentis ſtructurae peculiaris iisque parallelis compoſiti vel ex cerebro et cerebello vel ex medulla oblongata et spinali oriuntur, ganglia et plexus formant, ſensusque ac motus regunt.

§. 17.

De morboſo ſtatu nervorum dicere,

t) Aſſervatur tale specimen lymphaticorum funiculi ſpermatici in muſeo academico theatri anatomici.

u) *Soemmering* de cognitionis ſubtilioris ſyſtematis lymphatici in medicina uſu, Caſellis 1779. 4.

x) *Albin. Sandifort* Obs. anat. path. II. 135. IV. 124. Soc. med. Haun. Collectanea. I. 82.

y) *Scherb* de calculo receptaculi chyli, hydropis cauſa. *Halleri* Diſs. pr. III. 535.

cere, res eſt profecto perdifficilis. Notant eorum marcorem z), flacciditatem, subtilitatem, tenſionem, vulnus vel completum vel incompletum, tumorem *a*), calculum *b*), hydropem c). Plura commemorare non refert; namque et haec adhuc incerta sunt.

DE GLANDULIS.

§. 18.

Ex tela cellulosa et diverſi generis vaſis glandulae conſtant ac diversae speciei liquores et humores secernunt.

§. 19.

Glandulae vel obſtruuntur veluti

z) *Morgagni* de sed. et caus. morb. *Lieutaud* hist. anat. med.

a) *I. F. L. Cappel* de epilepsia e tumore nervo vago inhaerente orta. Helmst. 1781. 4.

b) *Folkert Snip* de lithotomia. Amst. 1761. 8.

c) *Cottunni* Comm. de ischiade nervosa. Viennae 1770. §. 36. — *Th. Willis*, *Barth. de Moor*, *Wepfer*, *Boerhaave*, *Whytt*, *Pressavin*, *Tissot* ec.

ti meſaraicae *d*), colli, (ſtrumae,) inguinales (bubo) totius corporis (ſcrophulae) *e*) vel materies peregrina in ipſis delitescit eaque mox ſpiſſior, ſebacea, caseosa, mox tenuior, sanguinolenta, ichorosa ec. eſt.

Nominant inter glandularum morbos *f*) etiam inflammationem, absceſſum, scirrhum *g*), carcinoma, calculos *h*), puncta in ipſis oſſificata *i*).

DE

d) *Stoll* rat. med. I. 257.

e) *Charmetton*, *Bordeu*, *Morley*, Traite des Scrophules par *P. Lalovette*. Paris 1780 12.

f) *C. A. Dietrich* de morbis glandularum L. 1759.

g) *Kaltschmied* de tumore scirrhoso trium cum quadrante librarum glandulae parotidis extirpato. Ienae 1752.

h) *Scherer* de calculis ex ductu salivali excretis. Arg. *Halleri* Diss. pr. I. 533. *Handtwig* et *Rosenberger* de calculo in glandulis sublingualibus reperto, Rostochii 1754. *Schneider* chirurg. Geſch. I. 33.

i) *I. H. Freytag* Glandulae thyroideae partim osseam partim meliceridis speciem referentis exſtirpatio. L. 1778.

DE VISCERIBUS.

§. 20.

Haec eſt ſine dubio praecipua anatomiae practicae pars, cum ob morborum internorum frequentiam et varietatem, tum periculum ab externis laeſionibus hic metuendum.

Integumenta c. h. communia.

§. 21.

Referri huc epidermidem, corpus reticulare, cutim, celluloſam telam nemo ignorat. Plura corporis reticularis et epidermidis ſtrata recentiores commemorant. Ea autem qua craſſitudinem, colorem, ec. pro vario vitae hominum genere, regionisque, quam inhabitant, aetatis e. s. p. diverſitate, differre anatome corporis ſani docet.

§. 22.

Quod integumentorum ſtrata omnia in univerſum attinet, ea vulnera-

rantur, et punguntur ab inſtrumentis varii ponderis, variae formae et acicei, a punctu tarantulae *k*), veſpae, apum, culicis, et aliorum inſectorum, a morſu animalium rabidorum, canis *l*), vulpis, lupi, urſi, felis, anatis, gallinae *m*), viperae *n*) et aliorum amphibiorum; inſidiae ipſis parantur et infeſtantur ab acaris *o*) (Acarus Siro L. Malis americana, M. acridophagorum, M. a crinonibus, M. pratenſis, M. Weſtphalienſis, M. transylvanica; species morborum cutaneorum nondum ſatis diſtinctae, et accurate deſcriptae) pediculis *p*) (Phthiriaſis) pediculis pubis (Phthiriaſis inguinalis, *Morpions.*) furia infernali *q*) (Malis furialis) gor-

k) *Bern. Albinus*, *Swieten*.

l) *Nugent*, *Iames*, *Layard*, *Portal*, *Andry* ec.

m) *Krünitz* oekonom. Encyclopedie.

n) *Redi*, *Valisneri*, *Mead*, *Fontana*.

o) *Rivin* et *Schwiebe* de pruritu exanthematum ab acris L. 1722. 4. Comm. Lipſ. XXIV. 454.

p) *Borellus* ob. 29.

q) Nova Acta Upſal. Vol. I. 44.

gordio *r*) (M. Dracunculus) et aliis beſtiolis *s*). Ipsorum vasa obſtruuntur, ſicuti et ipsa praeter naturam expanduntur in graviditate, ascite, anasarca, oedemate, emphysemate, hydrocele e. s. p. ab herniis, aneurismatibus, ſtrumis et aliis eiusmodi tumoribus. Gignitur etiam in ipſis inflammatio, gangraena, sphacelus *t*) ec.

Epidermis aduritur a solis aeſtu, fulmine, aqua fervida, corporibus

 igne-

r) *G. H. Welsch* de vena medinensi. Aug. Vindel. 1764. 4. *Fuchs* de Dracunculo Persarum sive vena medinensi Arabum. Ienae 1781. Journal de Medicine XLII. 121. *Gardanne* maladies des Creoles.

s) *Borellus* p. 149. Bresl. Samml. 1721. p. 91. Ph. Tr. I. 160. vermes ex variolosis pustulis prorumpentes: Tables nosologiques et meteorologiques tres étendues dressées a l' Hôtel Dieu de Nimes par Mr. *Razoux*. Basle 1767. 4. p. 262. vermes in pustulis cutis inventi, Journal de Medicine XXXII. 336. Journal de Med. XXXIV. Suppl. V. p. 424. — *Io. And. Murray* de vermibus in lepra obviis — Gott. 1769. 8. c. f. — Acta Helvetica. Vol. VII. p. 177.

t) *Trioen* obs. fasc. p. 137. Comm. Lips. XXIV. 642.

igneſcentibus, ſinapiſmis, armoracia, mezeraeo, veſicatoriis, liquoribus mineralibus, cauſticis, plantis urentibus, urticis, iatropha ec.; ipſius autem color mutatur *u*) in hectica febre, chloroſi, ictero, et melaſictero, e. s. p.

Epidermis, rete malpighianum et reliqua ſub cuticula ſtrata ſedem praebent variis morbis cutaneis *x*) e. g. maculis fuſcis, rubris, lividis, nigris, albis, incerti coloris, puſtulis ſcabioſis, varioloſis, morbillis, miliaribus, licheni, ſerpigini, volaticae, varis, herpeti, cruſtae lacteae *y*), elephantiaſi *z*), leprae *a*), frambaeſiae guineenſi (Yaw), frambaeſiae amcicane *b*) (Epian), porrigini, verrucis (e quarum numero

Myr-

u) Ph. Tranſact. V. 107.

x) *Severin*, *Turner*, *von Sanden*, *Sauvages*, *Lorry*, *Plenk*.

y) *Strack*, *Fiſcher* Pr. acad.

z) *Th. Bonnet*, *Hillary*, Hiſtoire de l' Elephantiasis — par Mr. *Raymond* à Lauſanne 1767. 8.

a) *Schilling*.

b) *Sauvages*,

Myrmeciae sunt) variae ſigurae *c*) pernionibus, naevis *d*), cicatricibus, et id genus pluribus atque aliis etiam morbis cutaneis naturae ſingularis *e*).

De cutis affectibus maximam partem eadem valent, quae hucusque commemoravimus.

In textu celluloso colligitur et generatur sanguis et serum coagulatum in furunculo, carbunculo et anthrace, pus in abscessu, lac in metaſtaſi lactea, adeps nimis copiosus in polysarcia *f*)

c) *Borellus* p. 24. Ph. Transact. I. 342. De fungo cancroso ex verruca orto. Auct. *Devens* Arg. 1772. 4.

d) Exp. *C. C. Krause* Quaenam sit causa proxima mutans corpus foetus ec. Petropoli 4. *Eller* in Mem. de l' acad. de Berlin. 1756. p. 3. *Müller* Naevorum Origines. Ienae.

e) Ph. Transact. II. 1. c. f. IV. 175. et 208.

f) An in celluloso textu frequentius morbi et morborum mutationes? *Pr. Fr. Thiery* Resp. *I. Berlold* Paris 1757. 4. Recherches sur le tissu cellulaire par *Bordeu*, Paris. Comm. Lips. XV. 222. XVI. 135. *I. C. Pohl* progr. II. de morbis telae cellulosae. L. *Quelmalz* et *Homeroch* de pinguedine eiusque sede tam secundum,

et lipomate, gelatina et aqua in anaſarca et oedemate, aer in emphyſemate; in eodem etiam naſcuntur tumores tunicati *g*), (meliceride, atheromata, ſteatomata, hygromata, hydatides, ſarcomata, lupiae) item hydatodes *h*), oſſei *i*), calculoſi *k*), pilos s. lanam

dum, quam praeter naturam conſtitutis Lipſ. *Leipold* de morbis telae cellulosae. Erl. 1782. 4. *Sandifort* Obs. anat. path. IV. 21. seq. Multa nimiae obesitatis exempla leguntur in collectaneis Uratislaviensibus, Actis Anglicis, ec.

g) Bresl. Samml. 1719. 499. 1724. 210. *Severin*, Ph. Tr. IV. 211. *Trioen* obs. fasc. p. 32. Nosocomium charitatis p. 102. *Heister* et *Friese* de tumoribus cysticis singularibus. Helmst. 1744. *Warner* Cases. *Olof Acrel* chir. Vorfaelle et Comm. Gott. Vol. II. *Baldinger* Magazin 458. Proeve over de voornaamste langduurige gezwellen. door *Dav.* v. *Gesscher* Amst. 1767. 8. *Reichel* et *Baersch* de capitis tumoribus tunicatis post cephalalgiam exortis L. 1765. *I. I. Risler* de tumoribus cysticis serosis. Arg. 1767.

h) Ph. Tr. I. 61.

i) Ph. Transact. I. 56. Hist. de l' acad. roy. des Sc. de Paris 1754. p. 62.

k) *Borellus* 92. *Eller* Hist. de l' acad. roy. de Berlin. 1755. *Voigt* et *Lüttgendorf* de abscessu lapillos quosdam continente, Gissae 1762. 4.

continentes *l*), (?) penetrant in ipſum corpora extranea, heterogenea, acus c. s. p. eamque mira ratione permeant *m*).

Pili.

§. 23.

Sunt canales filamentoſi, subtiles, compoſiti, radice inſtructi, diverso in loco poſiti, variae longitudinis et formae atque diverſi coloris.

Propullulant iuſto vel copioſiores *n*) et per omnem corporis superficiem diffuſi vel longiores, lanuginoſi, etiam hispidi et ſtrigoſi.

Finduntur etiam (Dichophyia) et in cirros villosos complicantur *o*) (Trichoma, Plica polonica).

l) Pythagorae et Paeonis Exercitt. 53. e. f.

m) Ph. Transact. I. 128. — Philosophical Transactions LIX. p. 9. *Haller* El. Phys. *Luther* et *Dolge* de spica deglutita et per apoſtema hypochondrii dextri reiecta. Kiliae 1704. *Baldinger* neves Magazin III. 141. V. 447.

n) *Borellus*. 63. *Buffon* histoire naturelle.

o) *Poſthumius*, *Detharding*, *Bonnetus* med. sept. I. 2. II. 391. Bresl. Samml. 1724. 215.

Ph.

Color eorum mutatur aetate *p*), poſt morbos superatos *q*), ab animi pathematibus *r*).

In locis insolitis etiam cernuntur veluti in barba ſoeminarum *s*), in partibus obscoenis puelli *t*), facie neonati *u*), in ovariis *x*), teſticulo *y*), tumoribus aliis *z*). In

Ph. Transact. II. 38. Journal de Medicine par *Vandermonde* XV. 330. Histoire de l' Elephantiasis par *Raymond*. *Trioen* obs. ſasc. 51. *Stabel* de plica polonica Halae. *Haller* Diss. pr. I. 253.

p) Bresl. Samml. 1725. 666. Journal encyclopédique 1783. Tom. I. Part. III. p. 505.

q) Notum mihi est exemplum hominis, cuius cilia post morbum variolosum, in quem iam in profectiori aetate inciderat, ex nigris in alba sunt mutata. — Fränk. Samml. IV. 462.

r) *Bonnetus* med. sept. I. 10. canities a metu *Borellus* 35.

s) *Bonnetus* med. sept. I. 1. 8. Journal Encyclopédique 1783. T. II. Part. III 520. *Werlhof*. Opp. I. p. 283.

t) *Borellus* 63. — Hist. de l' acad. roy. des Sciences de Paris 1749.

u) Bresl. Samml. 1720. 672.

x) *Schacher* Progr. 1735.

y) *Schaarschmidt* med. u. chirurg. Nachrichten III. 88.

z) Paeonis et Pyth. Exercitt. 53. *E. G.* *Bose*

In foemina sexaginta sex annorum rursus proveniebant *a*).

Defluvium pilorum occurrit in partis capillatae variis regionibus *b*) (alopecia, calvities), in facie, pectore, sub alis, ad scrotum *c*), item in toto corpore *d*).

Tineae, morbi radicum pilorum, variae species commemorantur *e*).

Ungues.

§. 24.

Laminae sunt subcorneae, diversae originis, parte superiori laeves eaeque in apicibus digitorum manus et pedis poſitae.

D 4 In

Boſe de praeternaturali pilorum proventu. L. 1776.

a) Bresl. Samml.

b) *Bonnetus* m. s. II. 389. Bresl. Samml. 1720. 334.

c) *Morgagni* Epist. XLVI. 2.

d) Bresl. Samml. 1720. 110. Nov. Acta nat. cur. I. 103.

e) *Sauvages* Nosologia.

§. 25.

In his conſpiciuntur maculae (Seline) albae, lividae, corniculi etiam in modum incurvantur *f*) et carne operiuntur (Pterygium).

Finduntur porro et ulcera sub ipſis gignuntur, emolliuntur, exſiccantur, nimis craſsi, friabiles et ad radicem cavi redduntur, ſponte recedunt poſt ſuppurationem (Panaritium), poſt perfuſionem aquae fervidae, poſt datum venenum *g*), poſt morbum ſcorbuticum.

Cavum abdominis.

§. 26.

Cavitas abdominalis, quae in ſitu corporis erecto maximam partem ova-

f) Bresl. Samml. 1724. 104. Ph. Tr. I. 341. 343. *Morgagni* LXVIII. 6. Werner de unguibus humanis varioque modo, quo poſsunt corrumpi L. 1773. k. *Bonn* Theſaur. oss. morb. Hov. 145. Similia ſpecimina unguium incurvatorum et nos ipsi in noſtra collectione aſservamus.

g) *Plenck* de morbis cutaneis.

ovalis eſt, ab oſſibus, musculis et membranis cingitur, scilicet ab apice ſterni, coſtis imprimis inferioribus, vertebris lumborum, oſſibus pelvis, musculis imprimis diaphragmatico, quadrato lumborum, psoa maiori atque abdominalibus et peritonaeo. Complectitur autem chylopaea, uropaea et viscera generationi inservientia.

§. 27.

Conspexerunt in cavo abdominali observatores tumores variae magnitudinis et naturae *h*), scirrhos *i*), ſteatomata *k*), oſteoſteatomata

l)

h) Bresl. Samml. 1722. 76. 1724. 101. 305. *Morgagni* XXXIX. 21. 26. 29. *Severinus* de rec. absc. nat. p. 132. *Grambs* anat. Beschreibung eines monströsen Gewächses — Frankf. a. M. 1730. 4. Tumor ex ovariorum scirrho. Acta Helvetica. II. 267. Tumor insignis ex struma ovarii. *Forlani* rar. obs. med. pract. anat. Decas I. p. 35.

i) *Bonnetus* m. s. I. 636. *Blancard* 85.

k) Steatoma XL. fere libras aequans Act. Nat. curios. nov. I. 366. (XXII. libr.) *Stoerck* annus medicus Vindob. 1759. p. 146. (XIII. libr.) Act. Helv. VI. 160.

l) c. s. p. unde Physconia; invenerunt in eodem sanguinem, pus *m*), abscessus latentes *n*), ulcera *o*), nimiam pinguedinis copiam *p*), lac *q*), aquam varii coloris et variae mixturae *r*) (ascites, hydrops saccatus), hydatides *s*), taenias hydatigenas, ?) aerem (tympanitis), foetus *t*), ossa

l) Acta Bononiensia Tom. V. Pars II. p. 81- seq. Asservo ipse magnum abdominis osteosteatoma, de cuius tamen situ et natura non adeo certa referre possum, quia ab anatomes imperito incaute exscisum est.

m) *Blancard* 216. *Stoll* rat. med. I. 275.

n) *Harderi* Apiarium 65. *Bonnetus* m. s. I. 639. *Ludwig* Pr. de abscessu latente.

o) *Schmalz* Vorfaelle 97.

p) *Bonnetus* med. sept. I. 636. 64. *Morgagni*.

q) *Sandifort* obs. anat. path. IV. 10.

r) *Monro* on the Dropsy.

s) Ph. Tr. II. 70. *Blancard* 242. Mem. de l'acad. roy. des Sc. à Paris 1722. p. 215. 12. *Iuch* et *Brehm* de hydatidibus. *Haller* diss. pr. IV. 253. *Schacher* et *Moebius* de virgine ascitica post paracentesin purpura maligna exstincta. *Hall.* diss. pr. IV. 329. *I. C. Pohl* de hydrope saccato ab hydatidibus Lips. 1747. 4. c. f. Altenburger Samml. IV. 113.

t) Ph. Tr. I. 241. vid. infra de foetu;

sa *u*), pilos *x*), calculos *y*).

Viscera abdominalia praeter naturae consuetudinem inter se coalescunt *z*), immo a solito ſitu abhorrentem et inversum ſitum obtinent *a*) et

u) Ph. Tr. IV. p. 51-54.

x) *Brisseau* ad *Palſin* anat. chir. p. 34.

y) Fränk. Samml. IV. 469.

z) *Hebenstreit* et *Springsfeld* de partium coalescentia morbosa. Lips. 1738. 4. — *Morgagni* Ep. XVII. 17. *Sandifort* III. 80. 82. 86. Magnif. *Bose* coalitus viscerum ventris historia. Lipsiae 1776. 4. Ph. Tr. V. 38. Novi commentarii Acad. Sc. Imp. Petropolitanae. T. I. p. 375. seqq. *Halleri* Opuscula pathologica. Hist. de l'acad. roy. des Sciences à Paris 1759. *Ludwigii* Comm. Lips. XV. 308,

a) *Troschel* de morbis ex situ alieno partium abdominis. Frf. ad Viad. 1754. 4. *Haller* Diss. pr. IV. 143. Patris Proggr. III. de situ praet. viscerum infimi ventris. Eiusd. Adv. med. Pract. — *De Haen*, Journal de Medicine Tom. XIV. 358. Comm. Lips. XI. 708. Verhandlingen — te Haarlem. VII. 120- IX. 583. *Sandifort*. Exercitt. acad. 101. 106. Wiener Beytraege II. 305. Ex hoc a naturae lege abhorrente situ etiam nonnunquam sacci formantur varii, qui saepe sub hydropis saccati nomine veniunt. cf. Comm. Lips. VI. 14. Hist. de l'acad. de Berlin. 1758. 58. Journal de Medecine XVII. 418. Ph. Tr. I. 129. *Carter* ad Borellum 53. Nov. act. nat. cur. I. 313.

et extra abdomen reperiuntur *b*) ac in thoracis adeo cavum *c*) penetrant.

Accidunt herniae ventrales, eventrationes et ruptura abdominis *d*) : ab abdominis integumentis anus artificialis *e*) formatur.

Viscera et integumenta abdominalia, ſi per inflammationem vel gangraenam corrupta fuerint, colore livido, sublivido, viridescente e. s. p. parietes cavi abdominalis tingunt *f*).

Peritonaeum.

§. 28.

Membrana eſt valde dilatabilis *g*), fir-

313. *Hevermanns* Physiologie III. 455. *Sandifort* Obs. anat. path. I. 39. *Mohrenheim* Wiener Beytr. II. 305.

b) Recueil periodique par *Vandermonde* IV. 359. Kongl. Vet. Acad. Handlingar. XXIV. 27. Acta Helv. VII. 56. *Fried* diss. de foetu intestinis plane nudis extra abdomen propendentibus nato. Arg. 1760.

c) Verhandlingen -- te Haarlem VIII. 169.

d) Essays and Observations -- Edinburgh. II. 338.

e) *Richter* von den Brüchen. I. 381.

f) *Morgagni* de sed. et causis morborum.

g) *Bonnetus* a. p. 1201. *Doeveren.* 88. *Haller*.

ſirma, ſimplex, cavitati abdominali propria eamque liquido exhalato irrorat, proceſsus et ligamenta format; dicunt alia viscera abdominis intra duplicaturam eius contineri, alia extra peritonaeum poſita eſſe.

§. 29.

Coalescit cum visceribus sui cavi *h*), ſitumque mutat, dum herniarum saccos, diverticula et conceptacula format *i*).

Iuſto craſſius et propemodum cartilagineum *k*), nimis attenuatum *l*), inflammatum, gangraenosum, putridum, exulceratum, disruptum *m*), glan-

h) *Doevern.* Sp. 77.

i) *Wrisberg* et *Rudolphi* de peritonaei diverticulis illisque imprimis, quae per umbilicum et lineam albam contingunt. Gott. 1780. *I. Neubauer* descriptio anat. rarissimi peritonaei conceptaculi, tenuia intestina a reliquis abdominis visceribus seclusa tenentis. Francof. et Lips. 1776. 4. c. f.

k) *Sandifort* Obs. anat. path. III. 83. 85.

l) *Bonnetus* 2. p. 1201.

m) *Bonnetus* a. p. 1295. Comm. Lips. Dec. II. Suppl. 44.

glandulis quaſi induratis *n*), ſteatomatibus *o*), hydatidibus *p*), aliis tumoribus obsessum, membrana adventitia poſt morbos inflammatorios obductum inventum eſt *q*).

Aeque ac viscera abdominalia colorem varie mutat. Commemorant etiam peritonaei hydropem *r*).

Omentum.

§. 30.

Saccus eſt ex tenui aranea membrana compoſitus, ventriculo, hepati, lieni, colo inteſtino appensus, qui multam plerumque excipit pinguedinem et foramine eſt pertusus; et pro ſitus diverſitate nomine omenti gaſtrocolici, hepatocolici et colici dextri inſignitur.

§. 31.

n) *Morgagni* XLVII. 8.

o) Mem. de Berlin 1753. 102. *Morgagni*.

p) *Ruysch* VII. Tab. 2. fig. 3. *Desbans* de hydrope peritonaei saccato. Gott. 1761. 4.

q) *I. G. Walter* de morbis peritonaei et apoplexia cum fig. Berlin 1785. 4.

r) *Sandifort*. Exercitt. II. 95.

§. 31.

Extant exempla omenti plane deficientis *s*), et alia item omenti praegrandis.

Sedem mutat naturalem vel surſum revolutum et circa ventriculum conſtrictum vel dextrorsum tractum *t*); operit ventriculum, descendit et extra abdomen elabitur per umbilicum (ὀμφαλοεπιπλοοκήλη), per annulum abdominalem (βȣβωνοεπιπλοοκήλη), in scrotum deducitur (ὀσχεοεπιπλοοκήλη), sub ligamento Poupartii egreditur (μηροεπιπλοοκήλη), ad vaginam descendit *u*) (Hernia vaginae omentalis).

Praeter naturae morem annectitur peritonaeo, inteſtinis, mesenterio, uteri fundo c. s. p.

Idem repertum eſt maxima ex parte consumptum, in funis speciem convolutum *x*), in lobos divisum, at-

s) Fränk. Samml. III. 204. *de Haen* rat. med. V. 161.

t) *Morgagni*.

u) *Arnaud. Hoin* ad *le Blanc*, *Richter*

x) *Stoll* rat. med. I. 241.

attenuatum, rigidum, iuſto craſſius, nimia pinguedine refertum hincque ponderosum *y*), aqua repletum *z*) (ascites omentalis), inflammatum *a*), gangraenosum, sphacelatum, scirrhosum *b*), ſteatomatosum *c*), putrefactum *d*).

In eius superficie conspiciuntur maculae rubrae, fuscae, nigricantes, venae valde intentae, vasa disrupta, hydatides *e*), tubercula sebacea, atheromata *f*), glandulae obſtructae insolitae magnitudinis *g*), parvi abscessus *h*), ulcuscula. *Pha-*

y) Ph. Tr. II. 73. *de Haen* rat. med. V. 46. *Arnaud* Memoires 414.

z) Acta Helvetica III. 254. Mem. de Paris 1771.

a) *Stoll.* I. 185.

b) *Bonnet* a. p. I. 200. *Haller* Opusc. path. observ. 25. *Arnaud* Memoires p. 410.

c) *Sandifort* Obs. IV. 9.

d) *Bonnet* m. s. I. 649.

e) Memoires de l' academie royales des Sciences de Paris 1771. 541.

f) *Ruysch* III. Tab. 3. fig. 3. Samml. für pract. Aerzte II. 3. 96.

g) *Bonnetus* m. s. I. 649.

h) *Olof Arcel* Vorfaelle. I. p. 357.

Pharynx et Oeſophagus.

§. 32.

Canalis alimentaris principium infundibuliforme, membranaceo-muſculoſum inter vertebras colli atque dorſi et arteriam asperam conſtituunt, ad orificium ſiniſtrum diaphragmatis descendunt, cibosque deglutitos ad ventriculum promovent.

§. 33.

Situm rarius mutant; a vicinis tumoribus comprimuntur et utriusque canalis tunicae sedes sunt phlegmones, gangraenae, carcinomatis.

Proderit annotare pharyngis aphtas, oesophagi scirrhos *i*), ulcera *k*), anguſtias ex tunicarum calloſitate oriundas *l*), polypos *m*), rupturas *n*).

E De

i) Memoires de la Soc. de Medecine à Paris II. 214. 217. *Sauvages* nosol. meth.

k) *Halleri* diss. pr. VII. 629.

l) *Gyser* de callosa oesophagi angustia Arg. 1770. 4.

m) *Haller* diss. pr. VII. 594.

n) *Sandifort* obs. I. 5.

Deſcribitur cartilagineus *o*), oſſeus *p*), et varia etiam peregrina corpora occultat *q*).

Ventriculus.

§. 34.

Figura eſt ſubovatus et arcuatus, fabrica tunicatus et ſub diaphragmate in epigaſtrio poſitus, binis orificiis inſtructus.

§. 35.

Situm varie mutat *r*) imprimis in iis, qui ſcolioſi laborant *s*), vel deorſum obliquo ſitu protractus vel recta deſcendens aut in hypogaſtrio poſitus. Num extra abdomen in ventri-

p) *Metzger* Adv. medica p. 175.

p) Dell' uſcita di una pietra per la via dell' Eſofago. Modena 1781. 4. Med. Obſervations and. Inquiries Vol. VI. no. 22. Journal. de Medecine Fevrier 1785. p. 227.

r) *Haller* El. Phyſ. VI. 118. *Blancard* 152. *Fr. Boerner* de tabe ſicca lethali a mirabili duodeni anguſtia et praeternaturali plane ventriculi ſitu. Lipſ. 1752. 4. *Sandifort* obſ. anat. path. III. 11. 23. Journal de Medecine XL. 504. *Sandifort* Exercitt. II. 75.

s) *Sandifort* Obſ. anat. path. IV. 45. n. d.

triculi hernia (γαστροκήλη) reperitur *t*)?

Deprehenditur iuſto vel amplior et mirifice dilatatus *u*), vel anguſtior *x*) aut elongatus *y*), contractus et cava duo formans *z*).

Tunicae eius interiusvel exterius deſtruuntur phlegmone, gangraena, scirrho *a*), carcinomate *b*); hinc

t) *Le Blanc* Precis d' operations Tom. II. *Klinkosch* de herniarum divisione. *Sandifort*. Observ. anatom. path. IV. 48.

u) Acta Helvetica. III. 10. *Sandifort* obs. a. p. III. 59. *Klinkosch*. Diss. select. Pragae I. 163.

x) Nova act. nat. cur. I. 304.

y) *Closse* nova variolis medendi methodus. Traiectum ad Rhenum 81.

z) Acta acad. Electoralis Moguntinae T. II. 443. *Bonnetus*. a. p. 804. *Lieutaud* I. 12. *Sandifort* obs. a. p. III. 11. 25. IV. 27. 45. Talem ventriculum et nos observavimus in foemina cardialgia, vomitu et spasmo saepissime laborante. Ventriculus quasi a reflexo omento in duas partes divisus et constrictus erat.

a) Hamburgisches Magazin XIV. 524. *Haller* Opuscula pathologica. *Sandifort* Obs. a. p. IV. 48. 49. Journal de Medecine XLIII. 515.

b) Journal de Medecine XXXVII. 312.

maculae lividae, subfuscae, rubrae, nigrae, petechiae *c*), vasa varicosa; mox porro laxiores, mox rigidiores conspiciuntur, callosae *d*) etiam redduntur, a venenis interius eroduntur, a bile tinguntur, cruſtis obvolvuntur, perforantur, rumpuntur *e*): ulceribus *f*), abscessubus *g*), tuberculis *h*), ſteatomatibus *i*), sarcomatibus *k*) deformantur.

Interdum, sed rarius ventriculus vas cholodochum recipit *l*).

Re-

c) *Stoll* rat. med. I. 199.

d) *Sandifort* obs. anat. path. IV. 46. 47. *I. C. Pohl* de callositate ventriculi ex potus spirituosi abusu. L. 1771.

e) Verhandlingen — te Harlem. VIII. 11. 219. *Sandifort* obs. a. p. IV. 42. 50. *Lieutaud* I. 25. Samml. für pr. Aerzte II. 1. 132.

f) *Borellus* 67. *Vandermonde* Recueil periodique VIII. 272. Journal de Med. XL.

g) *Borellus* 59. *Sandifort*. IV. 46. Comm. Lips. I. 690. *Sand.* et *Stolz* Rarus ventriculi abscessus. *Halleri* diss. pract. III. 125.

h) *Bonnetus* m. s. I. Tab. VII. Fig. 1.

i) Ph. Transactions LXI. I. 130.

k) *Sandifort* IV. 48. Wiener Beytraege II. 310.

l) *Lieutaud* hist. a. p. I. 13.

Retinuit corpora aliena, bilem, sanguinem *m*), aquam *n*) (hydrops ventriculi), hydatides *o*), vermes, praesertim lumbricos *p*), pediculos *q*), larvas muscarum *r*), lapides *s*), calculos *t*), crines et capillos *u*) ad modum aegagropilarum convolutos, metallorum partes, nummos, semina pomorum, nucleos cerasorum, prunorum aliaque varia mixta *x*).

Spectant huc et alia, quae, etſi ſidem mereri non videantur, tamen nolui ſilentio prorsus praeterire, qualia sunt fabulosae iſtae hiſtoriae de-

m) *Lieutaud* hist. a. p. I. 15.

n) *Blancard* 170. *Lieutaud* l. 8.

o) *Bonnetus* m. s. I. 514.

p) *Morgagni* XLIII. 22. Journal de Med. XL. 145.

q) *Lieutaud* I. 16.

r) *Werner* verm. intest. br. exp. contin.

s) *Lieutaud* I. 17. Observata anat. chir. medica auct. *C. E. Eschenbach* Rostochii 1753. 4. 46.

t) *Blancard* 154. Acta medica Svecica I. 347. Ph. Tr. II. 129.

u) Mem. de Soc. de Med. II. 262.

x) Ph. Tr. I. 114. 124. 127. 152. *Hunczowsky* Beobacht. 201. Schwed. Abh. 1782.

glutitorum amphibiorum viventium *y)*, item cultri, vitri, plumbi fuſi, particulae clavis trabalis *z)*. — Hinc illae narrationes de vitrovorace, cultrivoro, polyphagis, pyriphago Baſileenſi, Londinenſi, Regiomontano, Vitebergenſi. — Indigent saltem iuſta explicatione.

Quodnam licet de ruminatione humana *a)*, mira voracitate *b)*, bulimia s. fame canina, pica foeminarum

y) *Nicolai* Pathol. Forts. I. 730. II. 795. *Helds* Auszüge I. 150. *Baldingers* neves Magazin I. 5. Stück.

z) Sit harum rerum apud alios iudicium, nos modo loca scriptorum, quae huc pertinent, indicabimus. Breslaver Samml. 1721. p. 429. 1720. p 65. 345. 1726. 590. Ph. Tr. I. 162. 163. IV. 300. *Borellus* 57. 297. *Bonnetus* m. s. I. 506. seqq. Ph. Tr. LIX. Journal de Medecine XLII. 504.

a) *Bonnetus* m. s. I. 518. *Peyer* Merycologia. 4 *Morgagni* XXIX. 4. *Haller* El. Physiol. VI. 295. *Rud. Augustin Vogel* de cogn. et cur. praecipuis c. h. affectibus. p. 431. *Elias Ackord* de ruminatione humana, singulari quodam casu illustrata. Halae 1783. 8.

b) *Bonnetus* m. s. I. 518.

rum *c*), abſtinentia insolita s. ieiuniis *d*) longioris temporis iudicium ferre ?

Bina ventriculi orificia, cardia et pylorus, observata sunt contracta et ob calloſitatem nimis anguſta *e*), nimium porro expansa, exulcerata *f*), scirrhosa *g*) (cardialgia scirrhosa), carcinomatica *h*), oſſea *i*), ſteatoma-

c) *Borellus* 281. *Bonnetus* m. s. I. 523 seqq.

d) *Bonnetus* m. s. I. 518-520. *Morgagni* XVII. 25. *Halleri* El. Phys. VI. 168. *Detharding* et *Puchner* ieiun. quadrages. *C. F.* de *Bernhard* Rostoch. 1721. 4.

e) *Triller* et *Bulisius* de fame lethali ex callosa oris ventriculi angustia Viteb. 1750. 4. et *Halleri* diss. pr. III. 31. *Langguth* de tabe sicca lethali ex callosa pylori angustia. Viteb *Haller* Diss. pr. III. 63. *A. G. Richter* de intumescente et calloso pyloro. Gott. 1764. *C. C. Hause* Causae difficilis deglutitionis Gott 1781.

f) Journal de Medecine par *Vandermonde* XI. 409.

g) Comm. Lips. Dec. II. Suppl. 544. *Harder* Apiar. 62. Mem. de la Soc. de Med. I. 257.

h) *Leveling* de pyloro carcinomatico. Ingolst. 1777.

i) Journal de Medecine l. c.

matibus *k*) vel aliis tuberculis obseſsa, a deglutitis corporibus heterogeneis, nummis e. g. occlusa.

Canalis inteſtinalis.

§. 36.

Inteſtinorum alia sunt tenuia, alia craſſa, et fabrica ventriculi ſtructurae ſimillima, mesenterio appendent, certumque et determinatum ſitum tenent, chylum praeparant, faeces detrudunt.

§. 37.

Mutatur inteſtinorum ſitus in graviditate *l*), spinae diſtorſione *m*), vulneribus item, ubi ex abdomine propendent *n*) aut coaluerunt vel cone–

k) *Baader* observatt. 196.

l) *Hunter* anat. uteri. *Sandifort* Obs. a. p. II. 7. 27.

m) *Sandifort* obs. a. p. T. II. Tab. I.

n) *Bonnet* m. s. 593. Bresl. Samml. 1720. 552. Ph. Tr. 88. 90. *Ludwig* Adv. med. pract. II. 72. Journal de Medec. XXXVII. cf. quoque supra.

nexa sunt inter se *o*) vel sursum versus propulsa aut ad mesenterium retracta *p*) vel ad iecur delata; porro in procidentia per anum *q*), in incarceratione, in hernia etiam quavis inteſtinali (ἐντεροκήλη), ventrali s. abdominali *r*) (ὑπογαςτροκήγη), umbilicali (ἐντεροόμφαλοκήλη), neonatis communi, inguinali *s*) (ἐντεροβȣβωνοκήλη), scrotali (ἐντεροοχεοκήλη), congenita *t*), femorali s. crurali (ἐντερομηροκήλη), dorsali *u*), ischiatica, vaginali *x*),

peri-

o) *Bonnetus* a. p. 908. *Schacher* et *Friderici* de morbis a situ intestinorum praeternaturali L. 1721. c. f.

p) *Morgagni*.

q) *Vandermonde* Recueil periodique V. 427. Journal de Medecine XXII. 552. *Trioen* 54. *Le Blanc* Operations II. *Schmalz* Vorfaelle p. 192.

r) Recueil periodique II. 31. 318. Nova acta nat. curios. I. 262.

s) *Beck* de bubonocele bipartita Traj. ad Viadrum. 1781. cum fig.

t) *Meckel*, *Hunter*, *Lobstein*, *Camper*, *Pott*, *Arnaud*, *Sandifort*, *Neubauer* ec.

u) *Papen* epist. ad *Haller*; *Richter* ch. Bibl. VI. 728.

x) *Sandifort* obs. anat. path. I. 56. seqq. *Hoin* ad *le Blanc*.

perinaei *y*), foraminis ovalis *z*), uteri *a*) (ἐντερουστεροκήλη), denique in hernia interna s. in ſtrangulatione inteſtinorum in cavo abdominis *b*).

Eadem iuſto amplius expanduntur flatu, ſanguine, pituita, faecibus, corporibus heterogeneis, vel praeter modum conſtringuntur formantque anguſtias vel breviores vel longiores *c*), diverticula *d*), intuſſusceptiones ſive invaginationes *e*). Con-

y) *Richter* von den Brüchen.

z) *Richter* l. c. A critical enquiry into the present state of Surgery by *Sam. Sharp.*

a) *Hoin* ad *le Blanc*, *Sauvages*.

b) *Doevern* 78. *Meyer* de strangulatione intestinorum in cavo abdominis Arg. 1776. 4.

c) *De Haen* rat. med. *Doevern*.

d) *Ruysch* Th. VII. Tab. 4. Atti dell' accademia di Siena Tom. III. p. 99. in app. c. f. *Doevern* 76. *Ludwig* Adv. med. pract. I. 363. c. f. *Sandifort* observ. anat. path. I. 121. 125. III. 11. 26. Magnif. *Bose* et *Trauttner* de diverticulis intestinorum. Lipsiae.

e) Atti dell' accad. di Siena. T. VI. *Becker* de intussusceptione Arg. 1769. 4. *Beireis* et *Neumeister* de intestinis se intussuscipientibus. Helmstadii 1769. 4. *Sandifort* Obs. anat. pathol. II. 132. seq. Memoires de l'acad. de Chirurgie XI. 315. 12. Essays and Observations

Vol.

Conspiciuntur pallida, bile tincta, sublivida, livida, nigra, atra; reperta sunt vulnerata, inflammata, gangraenosa, sphacelata, scirrhosa *f*), carcinomatica, ulceribus interius vitiata *g*), putrida, callosa, cartilaginea *h*), a pure, gangraena, lumbricis perforata *i*), anum artificialem formantia *k*), rupta *l*) venis valde di-

Vol. II. Edinb. 1756. p. 358. *De Haen* rat. med. II. a Course of anatomico-physiological Lectures by *Ienty* London II. 63. Histoire de l'acad. roy. de Berlin ad ann. 1758. *Clossy* Observ. p. 115. *Kuhn* de ileo L. B. *Halleri* Diss. pr. III. 346. *Hartmann* et *Wittchow* ileum cognoscendum et curandum exponens diss. Francof. 1780. *Heyne* de Ileo Gott. 1784. ec.

f) Journal de Medecine XI. 499.

g) *G. Baker* Opuscula medica Lond. 1771. p. 79. *Baldingers* neves Magazin II. 347.

h) Philos. Transact. I. 136.

i) *Doeveren* 199.

k) Philos. Tr. IV. 110. *Io. Nicol. Broc.* de impetigine una cum obs. chirurgico anat. de ano artificiali duplici. Trier 1778. *Richter* von den Bruchen I. p. 381. *Albini* Anotatt. II.

l) Bresl. Samml. 1719. 496. Nova Acta Nat. Curios. III. 145. Saepe quoque in herniae incarceratione idem accidit.

diſtentis, puſtulis, petechiis *m*), tumoribus, abscessubus, hydatidibus obsessa et exterius inter se *n*), vel in suo ipsorum diametro *o*) vel una cum partibus vicinis invicem coalita *p*).

Sanguis, pus, mucus, pituita, faeces induratae, aer, aqua *q*) hydatides *r*), molae *s*), polypi, calculi *t*), lapidea concrementa

m) *Stoll* rat. med.

n) Philosoph. Transact. L. Pars II. 550. *Io. Georg. Hasenoerhl* Hist. med. trium morb. Vind. 1761. ec. Nos ipsi tale exemplum vidimus.

o) *Lieutaud* hist. anat. pr.

p) *Doevern.* 77.

q) Götting Anzeigen 1784. n. 202.

r) Ph. Tr. I. 154-158. *Hevermann* verm Bemerkungen. 2ter Band. p. 227. *Woeltge* Observ. med. fasc. Gott. Obs. 6. *Tode* Bibl. II. 198.

s) *Baver* de molis intestinorum *Hall.* Diss pr. III. 461. Comm. Lips. XIX. 276.

t) *Bonnetus* a. p. 902. 904. 905. Philos. Transact. I. 125. *Lambsma* Ventris fluxus multiplex p. 113 Memoires de l' academ. roy. de Chirurgie III. 57. 4. Journal de Medecine XVII. 175. ibid. XXXV. 45. Memoires de Berlin 1759. p. 35. Cases in Surgery by *White* 1770. p. 17. 23. 27.

ta *u)*, plumbei globuli et plura corpora aliena *x*) in canali inteſtinali inventa sunt; nidulanturque in eo vermes ascarides (Ascaris vermicularis L.), lumbrici (A. lumbricoides L.) trichurides (A. trichiura L.) vermes cucurbitini, taeniae (Taenia Solium, T. lata) *y)*.

In-

u) *Bonnet.* m. s. I. 500. Essays and Observations Vol. II. Edinb. 345. *Mekel* in Mem. de Berlin 1754.

x) Ph. Tr. I. 154. seqq. Nov. Acta Nat. Cur. I. 241. Mem. de l'acad. roy. de Chirurgie VII. 311. 312.

y) *Clericus*, *Gabucinus*, *Andry*, *Phelsum*, *Pallas*, *M. E. Bloch* Abhandlung von der Erzeugung der Eingeweidewürmer und den Mitteln wider dieselben. Berlin 1782. 4. c. t. *P. C. F. Werner* Vermium intestinalium praesertim taeniae humanae brevis expositio. Lips. 1782. Continuatio ib. eod. 8. *I. A. E Goeze* Versuch einer Naturgeschichte der Eingeweidewürmer thierischer Körper. Blankenburg. 1782. 4. c. t. 44. *Happ.* Hiss. Lips. *Christoph Wegelin* circa vermes observatt. Arg. 1779. 4. *Daniel Corn. Rauh* de ascaride lumbricoide Gott. 1779. Verminm ex intestino herniam formante egreſsorum mentio ſit in Journal de medecine XXXIV. 544. ec. Hist. de l'acad. roy. des Sc. à Paris. 1764. 71.

Inteſtina in ſpecie.

§. 38.

Duodenum repertum eſt nimis anguſtum z), craſſum, scirrhosum, et gypsea materie ad unius digiti craſſitudinem obductum *a)* vel etiam ruptum *b)*.

Ieiunum cum rene ſingulari coalitione coniunctum *c*), aut maculis ex rubro lividis diſtinctum cernitur.

Ileum saepe vulneratur, gangraena affectum vel alia ex causa perforatum *d)* fiſtulas *e)*, anum quoque artificialem profert, anguſtias, diverticula *f)* (Hernia ab ilei diverticu-lo;

z) Acta Nat. Cur. X. app. p. 225.

a) *Blancard* 300.

b) *Hamberger* ap. Hallerum Diss. pr. III. 507.

c) *Reichel* de calculis renalibus Lips. 1775.

d) *Harder* Apiarium 66.

e) Hist. de la Soc. roy. des Sciences à Montpellier Tom. I. p. 301.

f) *Doevern.* 39. 263. *Günz* de herniis 6. V. supra: *Sauvages* I. 194. *Morgagni* Adv. III. 8. 9.

lo ; H. appendicularis) invaginationes format, herniosos saccos saepenumero intrat; invenerunt etiam corpus oſſeum tunicae exteriori adhaerens g).

Coecum haud raro ſitum mutat *h)* et invaginationem init *i)*; duplex *k*), etiam cum appendice vermiformi ano excretum commemorant *l)*.

Colon saepe vulneratur, ex abdomine propendet, ſitum atque figuram mutat *m*), hernias umbilicales intrat, tympaniticum *n*) vel coarctatum *o*), clausum *p*) (Ani atreſia

a

g) Hist. de l' acad. roy. de Sc. 1751. p. 74.

h) *Sandifort* Obs. IV. 28. Nov. Act. Nat. Cur. I. 294.

i) *Ienty* l. c.

k) *Bonnet* med. sept. I. 660.

l) Journal de Medecine XXXVI. *Schneider* chirurgische Geschichte. V. 86.

m) *Doevern* 61. 68. 99. *Sandifort*. Obs. IV. 28. 46. 56. 60. Eiusd. Exercitt. I. 106. *Cloſsy* l. c. *De Haen* l. c. X. XI. Nova act. nat. cur. I. 289. *Sandifort* Exercitt. II. 74.

n) *Stoll* rat. med. I.

o) *Doevern* 63. 68. *De Haen* rat. med. II.

p) *v. Doevern* et *van Pappendorp* de ano infantum imperforato. L. B. 1781. p. 35.

a clauſo inteſtino colo) conſpicitur; per diaphragmatis vulnus incarceratum *q)*, per anum excretum *r*) animadvertitur, eſtque multorum morborum fons et ſcaturigo. Annon etiam valvula coli praeter naturae morem conſtructa inventa eſt?

Rectum deprehensum eſt coarctatum, clausum *s*) (anus imperforatus, Atreſia; A. interna, A. ani membranacea, A. ani cutanea), vaginae uteri *t*) (A. ani vaginalis) veſicae *u*) (A. ani veſicalis), urethrae *x*) in-

q) *Plenk* Beobachtungen. I. 117.

r) *Haller* opera anat. minora III. 310. *Le Blanc* Precis d' operations. II.

s) *Borellus* 82. *Bonneti* m. s. I. 596. *Trioen.* 59. *Vandermonde* Recueil VII. 360. VIII. 59. Journal de Medicine XXXIII. 510. *Fr. Arnd* Obs. med. chirurg. Goett. 1770. p. 28. Histoire de l' acad. roy. des Scienc. 1755. Memoires de l' acad. roy. de Chirurgie II. 236. XV. 1. 12. *Doevern* et *Pappendorp.* diss. laudata. Memoir. de l' acad. roy. des Sc. à Paris 1771. *Alix* observata Fasc. II.

t) *Vandermonde* Recueil IV. 128.

u) *Lieutaud* hist. anat. pr. I. 120.

x) Histoire de l' acad. roy. des Sc. à Paris 1752. 76.

insertum, nimia pinguedine cinctum, excrescentiis carnoſis, tumoribus carcinomaticis *y*), polypis *z*), corporibus alienis repletum *a*); eius prolapsus *b*), abscessus *c*), fiſtula externa, interna, superficialis, profunda, clausa, aperta, haemorrhois, condyloma *d*).

Mesenterium.

§. 39.

Peritonaei eſt processus, qui involuit inteſtina utriusque ordinis, in

F cuius

y) Journal de Medecine XII. 123. Berlinische Sammlungen. 3ter Band 1770. p. 223. Journal de Medecine XXXIII. 228. Mem. de la Soc. de Medec. II. 223.

z) *Schmuckers* verm. Schriften II.

a) Mem. de l'acad. roy. de Chirurgie III. 605.

b) *Bonnetus* m. s. I. 594. *Haller* opuscula pathologica, 67. Essays and Observations Edinburgh. II. 353. *Gooch* Cases 51. Journal de medecine XIX. 70.

c) Memoires de l'acad. roy. de Chirurgie III. 473.

d) *Sauvages* I. 154.

cuius duplicatura vaſa arterioſa, venoſa, lymphatica glandulaeque meſentericae deliteſcunt. Pro inteſtinorum diverſitate ipſi varia imponuntur nomina.

§. 40.

Nonnunquam cum inteſtinis ad herniarum ſaccos deſcendit *e*), a colo etiam diſiunctum et ab ipſo involutum repertum eſt *f*).

Inventum eſt inflammatum, gangraenoſum, abſceſſubus corruptum *g*), exulceratum *h*), ſcirrhoſum *i*), carcinomaticum, ſteatomatoſum, nimis pingue, valde attenuatum, aridum, lapi-

e) *Morgagni* XXXIV. 9. 11.

f) Comm. Bononienſes. VI.

g) *Henrici* et *Nottnagel* de abſceſſu meſenterii. *Haller* diſs. pr. III. 523. *Bonnetus* Sepulchretum 925. *Morgagni* XXXIV. 21. Acta Helvetica. I. 78.

h) *Stoll* rat. med. I. 262.

i) *Bonnetus* m. s. I. 650. *Lieutaud* hiſtoria anatom. pract. *Haller* diſs. pr. VII. 697.

lapideum *k*), oſſeo-lapideum *l*), perforatum.

Notarunt eiusdem maculas, petechias *m*), vasa varicosa *n*), materiam argillaceam *o*), calculos *p*), glandulas tumentes inter processus duplicaturam *q*), hydatides *r*), et ſcribunt de dentibus et oſſibus foetus in eius tumore incluſis.

Hepar et veſicula fellea.

§. 41.

Viscus eſt rubicundum ſuperiori quidem parte convexum, inferiori au-

 tem

k) *Lieutaud* l. c. I. p. 133.

l) *Morgagni* XXXVI. 23. Medical Tranſactions. London 1772. Vol. II. 361.

m) *Stoll* rat. med. I. 199.

n) *Bonnetus* Sepulchr. 202. 203.

o) *Bonnetus* Sepulchr. 1417.

p) *Bonnetus* m. s. I. 653. Sepulchretum 615. 619. 1417.

q) *Bonnetus* Sepulchret. 602. 617. *Sandifort* II. 132.

r) *Lieutaud* hist. anat. pr.

tem concavum, in lobos divisum, ligamentis annexum et suspensum, ductubus excretoriis praeditum; inque dextro hypochondrio sub diaphragmatis fornice ſitum, atque in parte inferiori inter lobos adhaerentem habet veſiculam felleam, pyriformem, tunicatam, canali excretorio peculiari inſtructam.

§. 42.

Narrant hepar plane defuiſſe *s*).

Situm mutat sursum et deorsum versus, item ſiniſtrorsum, poſt ventriculum, poſitumque extra abdomen in hepatomphalocele *t*) eſt.

Si volumen respexeris eſt iuſto vel maius *u*) vel minus, ponderosum, pen-

s) *Lieutaud* hist. anat. pr- I. 190.

t) *Buchholz* de hepatomphalocele congenita Arg. 1768. 4.

u) Paeonis et Pythagorae Exercitt. p. 75. 77. *de Haen* ratio med. XIII. 53. seqq. *Hautesierk* Recueil d'observations de medecine des hopitaux militaires cap. XII. Journal de Medecine XXXIII. 230.

pendens libras quatuordecim civiles; vel etiam plures *x*).

Quoad figuram deprehenditur iuſto plus convexum, lobis profundius diviſis, excreſcens ſiniſtrorsum.

Conspicitur pallidum, albidum, subcinereum, subcoeruleum, subfuscum, nigrum, variegatum, maculis rubris, nigris ec. conspersum.

Per ligamenta insolita cum diaphragmate, liene *y*), aliis partibus vicinis concretum eſt.

Si subſtantiae eius rationem habueris, reperitur aridum, flaccidum, durum, inflammatum, gangraenosum, scirrhosum *z*), ſteatomatosum *a*), abſceſſubus refertum *b*), pure, quod

x) *Bonnetus* m. s. I. 653. (28. libr.) *Gooch* Observ. p. 181. *Sandifort* Exercitt. II. 76.

y) *Haller* diss. pr. VI. 396.

z) *Doevern* 267. Journal de med. XXIV. 235.

a) *Sandifort* Exercitt. II. 78.

b) *Severinus*, *Bertrandi*, *Lyson*, *de Haen*. Nosocomium charitatis 92. *Cheston*. Cap III. Memoires de l'acad. roy. de Chirurgie. II. p. 59. Exp. *Haase* et *Lieberkühn* de abscessubus hepatis L. *Sandifort* Exercitt. II. 60.

continet, in sacci modum excavatum, ulceratum, vulneratum, hydatidibus c), veſiculis sanguinem continentibus d), tumoribus cyſticis e) obſeſſum, calculosum f), verminosum g), ruptum h). — Multum intereſt ſigna abſceſſuum hepatis noſſe.

Ductus hepatici una cum cholodocho insolito more expanſi i), calcu-

c) Ph. Tr. III. 51. *Hevermanns* vermiſchte Bemerkungen und Untersuchungen. I. Band. 295. Hist. de l' acad. roy. des Sciences à Paris 1767. 44.

d) *Morgagni*.

e) Journal de Medicine XXXVIII. 334. *Benj. Gooch.* II. 170. seqq. Mem. de l'acad. roy. 1759. 49.

f) *Bonnet* m. s. I. 657. Journ. de Med. l. c. *Coe* von den Gallensteinen. *Bezold* de cholelitho. *Haller* Diss. pr. III. 605.

g) *Bonnet* Sepulchret. 844. *Lieutaud* histor. anat. pr. I. 193 Medical Observations and Inquiries I. London. p. 68. *Doevern* Sp. 267.

h) Magnif. *E. G. Bose* de hepate rupto. Lips. 1776. 4. Acta Helvetica VIII. 148. Wienerische Beytraege II. 295.

i) *Ludwig* Observ. quae viam bilis cysticae declarat. Lips. 1758. 4.

culis *k*), et vermibus *l*) repleti obſtructi denique deſcribuntur.

Cyſtidis felleae defectus aliquoties obſervatus eſt *m*), quemadmodum etiam duplicis veſiculae felleae *n*) exemplum proſtat.

Solet quoque iuſto vel maior vel minor eſſe, item diſtenta, vacua, contorta, male formata et pro bilis, quam continet, varietate diverſi etiam eſt coloris.

Obnoxia porro eſt inflammationi, gangraenae, ſphacelo e. s. p. adcreſcit duodeno *o*), omento *p*) aliisque partibus, inſolita etiam tunicarum craſſitudo, materia inter ipſas os-

k) *Albini* anott. acad. III. 58. *Stoll* rat. med. I. 213.

l) *Lieutaud* I. 211.

m) *Morgagni* XLVIII. 55. Ph. Tr. III. 52. *Vandermonde* Recueil ec. IV. 281. *Ludwigii* Comm. Lips. XVIII. 244. *Iaeger* et *Elvert* de hepatitide cum naturali vesiculae felleae defectu. Tubingae 1780. 4.

n) *Haller* Elementa Phys. VI. 524.

o) *Ludwig* Adv. med. pract. III. 708.

p) *Bonnetus* a. p. 571.

oſſea *q*) et ruptura *r*) eius eſt observata.

Retinentur in ea aer et bilis mox parca, mox multa *s*), iuſto item tenuior vel spiſſior, viscida, gelatinosa, flavescens, pallida, cinerea, crocea, cruenta, aeruginosa, nigra e. s. p. porro pus *t*), vermes *u*), calculi biliarii varii numeri, ponderis et coloris, diversaeque ſtructurae, indolis, magnitudinis ac figurae *x*). Etenim

q) *Walter* obs. anat. 52.

r) *Bonnetus* a. p. 808. *Lieutaud* hist. anatom. p. I. 211. *Sabatier* de variis calculorum biliarium speciebus diverſoque ab ipsis pendentium morborum genere Monsp. 1758. 8.

s) *Stoll* rat. med. I. 189.

t) *Lieutaud* hist. anat. pr. I. 197.

u) *Lieutaud* ibid. 210. Comm. Lips. XIV. 664. *Beuth* Etwas von Fiebern. 106.

x) Ph. Tr. V. 32. 36. *Bonnetus* m. s. I. 662. (49. calc.) Mem. de Paris 1741. 355. 12. Act. nat. curios. X. 317. 358. *Haller* Opuscula pathologica p. 70. Comm. Lips. VI. 116. Memoires de Berlin 1756. 92. *Vandermonde* Recueil periodique V. 346. VII. 384. (calc. 207.) Journal de medicine IX. 148. X. 432. *Stoerk* annus medicus p. 125. (250. calc.)

Comm.

nim ſunt tophacei, non lamellati, flavi, fulvi, fuſci, virides, porracei, lividi, ferruginei, cineritii, atri, nigricantes, albi, rariſſime variegati, aſperi, cubici, laeves, cryſtallini, adhaerentes ec. alii prompte atque ſine mora, alii vix flammam concipiunt.

Ductus cyſticus obſtructus idque omnium frequentiſſime a calculo et nimium expanſus eſt obſervatus *y*).

Lien.

§. 43.

Viſcus eſt celluloſo-ſpongioſum va-

Comm. Lipſ. XI. 360. *Haller* opp. anat. min. III. 328. Hiſt. de l' acad. roy. des Sc. à Paris 1769. 42. Adv. med. pract. III. 749. *Delius* de cholelithis obſervatt. et experimenta nec non de iconibus pathologico ſemioticis conſilium cum fig. 4. Erlangae 1782. Act. med. ſvec. 1783. I. 353. *Walter* obs. anat. 47. *Thomas Coe* Treatiſe on biliary Concretions: or ſtones in the Gall-Bradder and Ducts. London 1757. *Gmelin* et *Hochſtetter* de cholelithis humanis. Tub 1763. *C. H. Wilkens* de calculis biliariis Arg 1777. 4. ec.

y) *Lieutaud* hiſt. anatom. pr I 208. *Stoerk* Annus med. 150.

variae figurae et magnitudinis, multis vaſis arterioſis, venoſis et lymphaticis conſtans, et ad pancreatis apicem in ſiniſtro hypochondrio sub ventriculo ex parte delitescens.

§. 44.

Hic lien ut nonnunquam in cadaveribus plane defuit *z*), ita duo *a*) etiam vel plures adeo supernumerarii *b*) lienes deprehenſi sunt.

Cum ventriculo, hepate, diaphragmate pancreate per ligamenta insolita coaluit.

Situs eſt solito vel altius vel profundius, ut in plevi *c*), ſive regione hypogaſtrica *d*), ad inguen; non-

z) *Lieutaud* hist. anat. pr. I. 234. *Poli* Prog. acad.

a) *Albini* anotatt. acad. VII. 84.

b) *Verheyen*, *Fantonus*, *Guido Patinus*. *Tyson*, *Paeonis* et *Pythagorae* exercitt. 274. *Haller* Elem. Phys. VI. 387.

c) *Albini* anotatt. acad. VII. 84.

d) Oeuvres anatomiques par *Duverney* II. 241. seqq. *Selle* Beytraege II. 41.

nonnunquam etiam in ſiniſtro hypochondrio tumorem format in splenocele.

Magnitudine eſt vel exiguus, vel iuſto maior vel maximus *e*), et in lobos quaſi diviſus *f*), item peculiaris longitudinis, colorisque albidi, pallidi, subnigri, nigri, ſuperficiei etiam asperae et iniquae.

Inventus eſt exſuccus, iuſto laxior, porro inflammatus, abſceſſubus *g*) refertus, gangraenoſus, putris, ſcirrhoſus *h*), (quod quidem vitium omnium eſſe ſolet frequentiſſimum) calloſus, cartilagineus *i*), oſſeus *k*),

cal-

e) *Bonnetus* m. s. I. 665. Nov. acta Nat. Curios. 289. *Kaltschmied* de liene pueri IX. annorum rarae magnitudinis. *Haller* diss. pr. IV. 1. *Pohl* de tumore lienis ſaccato. L. 1749. 4.

f) *Sandifort* obs. a p. II. 127. III. 10. 22.

g) *F. H. L. Muzell* Med. u. Chir. Wahrnehm. I. p. 20.

h) *Harder* Apiar. 61. *Haller* Elem. Phys. VI. 397.

i) *Haller* ibid. Verhandlingen — te Haarlem. III. 610.

k) Hiſtoire de l'acad. roy. des Scienc. à Paris 1758. p. 41. *Baader* Obſervationes p. 30

calculosus, hydatidibus repletus *l*) ruptus *m*).

Pancreas.

§. 45.

Glandula pancreatica ex conglomeratarum eſt claſſe eaque linguiformis et poſt ventriculum poſita ductum ad duodenum mittit.

§. 46.

Situs eius a solito recedens obſervatus eſt *n*).

Repertum eſt exsuccum atque extenuatum, et aequo maius *o*) ac cras-

l) *Morgagni*.

m) *Haütesierk* Recueil d'obſervations de medecine des hopitaux militaires. I. 70. Journal de medecine XXVII. 235. Nov. Act. Nat. Cur. III. 424. *Büttner* sechs seltene anatomiſch-chirurgiſche Wahrnehm. Königsberg 1774. p. 44. *Eysel* et *Vanselow* de ruptura lienis Erford. 1696. 4. *Scheid* de lienibus ruptis Arg. 1725. 4. *Haller* diſs. pr. IV. 5.

n) Bresl. Samml. Suppl. IV. 137. c. f.

o) *Cattier* ad Borellum 40.

craſſius colorisque insoliti, inflammatum, porro abſceſſu corruptum *p*), scirrhosum *q*), cartilagineum *r*), sebaceis tuberculis in superficie obsessum *s*), calculosum *t*).

Commemorant eius ductum excretorium duplicem *u*), a tumore compreſſum, a lumbrico occlusum *x*), eiusque orificium a ductus cholodochi apertura diversum *y*).

Renes et glandulae suprarenales.

§. 47.

Renes extra peritonaeum poſiti sunt,

p) *Bonnetus* Sepulchr.
q) *Haller* Elem. Phys. VI. 431.
r) Journal de Medecine 1783. 548.
s) *Morgagni*.
t) *Lieutaud* hist. anat. pract. Comm. Lips. VII. 390.
u) *Haller* Element. Phys. VI. 441. *Vandermonde* Recueil periodique. IV. 281. *Sandifort* Observ. anat. path. II. 127.
x) *Lieutaud*.
y) Bresl. Samml. 1720. 327. *Sandifort* l. c.

ſunt, dexter quidem profundius, ſiniſter autem paulo altius in regione lumbali et fabae figuram imitantur, diversamque exhibent ſubſtantiam.

Glandulae suprarenales nomen a ſitu habent, sed fabrica earum nondum ſatis accurate eſt explicata.

§. 48.

Renum vel unus modo adfuit *a*) vel etiam ſolito plures *b*).

Renes in locis insolitis poſitos *c*), figuramque offerentes insolentem *d*), monſtrosos, in lobos fiſſos *e*), colore a naturali abhorrente tinctos viderunt. Tu-

a) *Harder* Apiar. obs. 77. *Lieutaud* hist anat. pr. Wiener Beytraege. *Bonnetus* m. s. I 741 Breslaver Samml. 1726. 583. *Paeonis* et *Pythagorae* Exercitt. 189. *Halleri* Element. Phys. VII. 242. Journal de Medec. XII. 348. XIII. 431. *Kaltschmied* de uno rene in cadavere invento. Ienae 1755.

b) *Haller* Elem. Phys. VII. 242.

c) *Lieutaud* Comm. Lips. VII. 112.

d) Nova acta Nat. Cur. I. 300. *Bonnetus* m. s. I. 739. seqq. *Sandifort* observ. anatom path. I. 80. 12. 13. 28. 29. 30.

e) *Bonnetus* m. s. I. 745.

Tunica renum adipoſa, dura pinguedine referta, ſteatomatoſa, cicatricoſa et aſpera deſcribitur.

Reperti ſunt renes aequo maiores *f*) vel tales etiam, ut alter eſſet iuſto maior *g*), alter autem propemodum conſumptus *h*), porro flaccidi, iuſto vel molliores vel duriores, inflammati (νεφρίτις), abſceſſubus repleti *i*), gangraenoſi *k*), putridi, exulcerati, cartilaginei *l*), ab hydatidibus excavati *m*) et inter ſe coaliti *n*).

Pelvis et tubuli renum diſtendun-

f) Ph. Tr. I. 178. Hiſt. de l' acad. roy. des Scienc. 1767. Acta Bononienſia V. 249.

g) *Morgagni*.

h) *Morgagni*.

i) *Blumenbach* Bibl. I. 530.

k) *Halleri* diſs. pr. IV. *Cheſton* 9. *Baader* obſerv. 28. Journal de Medecine XVII. 247. *Stoll* rat. med. I. 163.

l) *Lieutaud*.

m) *Lieutaud* Magnif. *E. G. Boſe* de rene per hydatidem penitus deſtructo. Lipſiae.

n) Ph. Tr. I. 105. *Halleri* opuſcula pathologica. obs. 59. *Sandifort* obs. III. 14. 28.

duntur *o*) urina, aqua *p*) (hydrops renum), hydatibus, pure, vermibus *q*), arenula *r*), calculis *s*).

Calculi renales vel in utroque vel in uno tantum rene latentes numero, colore, ſtructura, cohaerentiae firmitate, magnitudine et figura inter se differunt,

Glandulae suprarenales absceſ-
su-

o) *Sandifort* obs. anat. path. III. 53. 60. 84. 89.

p) Ph. Tr. III. 124. *Stoerk* annus medicus secundus 253. *Hevermanns* Physiologie IV. 115. *Sandifort* Obs. a. p. 56. 57.

q) *Bonnetus* m. s. I. 737. Sepulchretum 122. 123. *Stentzel* Anthropologia. XVII. 42. *Baldingers* Magazin für Aerzte III. 19. Journal de Medecine IX. 244.

r) *Bonnetus* Sepulchretum 1450.

s) *Bonnetus*, *Pechlin*, *Blegny*, *Morgagni*, *Lieutaud*, *Parsons*, Ph. Tr. I. 109. II. 129. III. 58. *Sandifort* Obs. anatom. pathol. I. 86. IV. 69. Comm. Lips. III. 644. *Clossy* 133. seqq. *I. D. Reichel* de calculis renalibus. Lips. 177 . 4 *Harder* Apiarium observ. 72. 78. *Frank* casus nephritidis calculosae tabe renis lethali exceptae Arg. 1763. 4. *Laur Rouly* de singulari renis calculo. Arg. 1772. 4. Memoires de Berlin 1755. p. 24. seqq.

ſubus repletae, cartilagineae *t*) e. s. p. inventae ſunt.

Ureteres.

§. 49.

Sunt canales tunicati, ſigmoidei et a pelvi renum enati ad veſicam usque deſcendunt atque ad corpus eius trigonum aperiuntur.

§. 50.

Exſtant exempla ureterum duplicium *u*) in utroque latere vel etiam unius tantum ureteris in uno latere *x*). Ureteres spastice conſtringuntur, obſtruuntur, in ſuo ipsorum diametro concrescunt *y*), nimis dilatan-

t) Comm. Lips. IX. 22.

u) *Lieutaud*, *Sandifort* Obs. anat. path. II. 129. Recueil periodique VI. 300. Comm. Lips. IX. 597.

x) Journal de Medecine XII. 348.

y) Ph. Tr. III. 91.

tur *z*), rumpuntur etiam *a*) et tunicae eorum craſſiores evadunt *b*).

Ad heterogenea contenta ipſorum pertinent pus, materia mucosa, calculi *c*), hydatides *d*), aciculae *e*) e. s. p.

Veſica urinaria.

§. 51.

Conſpiciendum offert cavum elipticum exque tunicis eſt conflata et in pelvi in viris inter inteſtinum rectum et oſſa pubis, in foeminis inter matricem et pubis oſſa ſita recipit ureteres et collo in urethram abit.

§. 52.

z) *De Haen* rat. medendi V. 147. *Sandifort* III. 13. 53. 84. 89. IV. 84.

a) *Hevermanns* Phyſiologie. IV. 114.

b) *Morgagni*.

c) *Albini* annotatt. VII. 80. Acta Bononienſia. V. 139. *Baldingers* neves Magazin für Aerzte, IV. 505. *Molter* von Harngänge ſteinen.

d) *Morgagni*.

e) *Blancard* 101.

§. 52.

Extant exempla veſicae plane deficientis *f*).

Situs eius mutatur in ſtructura ipſius monſtroſa *g*), in gravida foemina, ab inteſtini recti procidentia, uteri prolapſu, in herniis veſicae, inteſtinali, (ἐντεροκυστοκήλη) omentali, (ἐπιπλοοκυστοκήλη) inguinali, (βȣβωνοκυστοκήλη) femorali, (μηροκυστοκήλη) perineali, hypogaſtrica, vaginali, lumbali *h*), in inverſione *i*) (exocyſte).

 Cum

f) *Cattier* ad Borellum 82. *Stentzel* Anthropologia XIX. 11. *Lieutaud* hist. anat. practica. *Haller* Elem. Physiolog. VII. 296. *Vandermonde* Recueil periodique. VI. 128.

g) Natuur en Huishoudkundig Kabinet. III. Deel No. 1. 1782. — *Andr Bonn* über eine seltene und widernatürliche Beschaffenheit der Harnblase und Geburtstheile eines zwölfjährigen Knabens übersezt von *H. I. Arnz* Strasburg 1782. 8. *Io. Meursii* de Puerperio syntagma — edidit *I. G. F. Franz* Lips. 1785. 8.

h) *Zuber* de morbis vesicae urinariae Arg. 1771: p. 47. Memoires de l' acad. roy. de Chirurgie. II. p. 1. IV. 181. *Sauvages* Nosol. I. 217. *Camper* Demonstratt. anatomico-pathologicarum Lib. II. p. 17. Ph. Tr. LIV. 61.

i) *Sauvages* Nosol. I. 184.

Cum aliis partibus praeter naturae conſuetudinem conglutinatur *k*).

Obſervata eſt permagna *l*), diſtenta, appendicibus quibusdam inſtructa *m*), exigua, contracta *n*), duplex *o*), triplex *p*).

Inventa eſt tuberculis extrinſecus obſeſſa, vaſa habens extrinſecus varicoſa, vulnerata *q*), inflammata, ab abſceſſubus deſtructa *r*), gangreno-

k) *Wrisberg* de praeternaturali et raro inteſtini recti cum veſica urinaria coalitu. ec. Gott. 4.

l) *Doeveren.* 87. 96. *Sandifort* Exercitt. II. 113.

m) *De Broke* de veſicae urinariae appendicibus Arg. 1754. 4. *Sandifort* Obs. anat path. III. 14. 29. 30. IV. 76. 79.

n) *Lieutaud* hist. nat. pract. I. 296.

o) *Cattier* ad Borellum 85. Hist. de l acad. roy. des Sc. à Paris 1768. 4. Journal de Medecine XXXVIII. 77.

p) Ph. Tr. I. 196.

q) *Baldingers* neves Mägazin für Aerzte. IV. 225. V. 12.

r) Journal de Medecine. X. 516. seq. *I. C. Pohl* de abscessu vesicae urinariae et inteſtini coli. L. 1777.

noſa *s*), sphacceloſa, ſcirrhoſa *t*), carcinomatica *u*), calloſa *x*), iuſto carnoſior *y*), diſrupta *z*), materia calculoſa incruſtata et obtecta, paralyſi affecta, (enureſis); deſcribuntur eius concretiones cartilagineae *a*), ulcera gangraenoſa, carcinomatica *b*) e. s. p. fiſtulae *c*), fungi *d*), tumo-

s) Journal de Medecine XXI. 159.

t) Breſl. Samml. 1719. 95. *Morgagni*.

u) Breſl. Samml. 1720. 574. Journal de Medec. XIV. 352. Opere del Sig. *Redi* VII. 42.

x) *Ruyſch* Th. II. Tab. II. 1. 2. *Ph. Ad. Boehmer* Obſervationum anatomicarum faſciculus alter. Halae p. 65. Acta Helvetica I. p. 13. Samml. für practiſche Aerzte. II. 2. 92. Mem. de Paris 1770. 236.

y) *De Bingen* de carnoſitate veſicae urinariae morboſa Altorf. 1759. 4.

z) Breſl. Samml. 1719. 617. *Paeonis* et *Pythagorae* Exercitt. 259. *Doevern* 85. Medical Obſervations and Inquiries — London IV. 58. 388. *Sandifort*. *Stoll*. rat. med. I. 178.

a) *Morgagni*.

b) *Zuber*. *Corn. Yſermans* de veſica urinaria eiusque ulcere L. B. 1763. 4. *Schmalz* Vorfaelle 48.

c) *Olof Acrel* chirurgiſche Vorfaelle.

d) Journal de Medecine XXXIX. 341.

mores interni *e*), haemorrhoides *f*), protuberantiae et excrescentiae *g*) versus orificium.

Continere ſolet aquam *h*), (hydrops veſicalis) ſanguinem (haematuria), pus, hydatides *i*), crines *k*), fruſtula oſſea *l*), vermes *m*) (?) et calculos varii numeri, coloris, diverſae ſtructurae, indolis, magnitudinis, ſigurae. Conſpexerunt obsesvatores cal-

e) Phil. Tr. III. 87. IV. 90. *Ludwig* Adv. med. pract. II. 675. *Zuber* de morbis vesicae urinariae Arg. 1771. *Sandifort* obs. anat. path. IV. 75. 85. *Wegelin* de dysuria. Arg. 1779. 4.

f) *Haller* Diss. pr. VII. 775.

g) Philos. Transact. XLVII. 292. Acta Helvetica III. 1. seqq.

h) *Baldingers* neves Magazin für Aerzte. IV. 493.

i) Ph. Tr. I. 186. 188. Medical Observations and Inquiries London. III. 146.

k) Ph. Tr. I. 191. II. 151. 154. Journal de Medecine X. 516. *Zuber* l. c. 23. Memoires de l' acad. roy. de Chir. IX. 333. 12.

l) Ph. Tr. IV. 135. Journal de Medecine l. c.

m) Bresl. Samml. 1725. 564. 1726. 117. Phil. Transact. II. 150. *Zuber* pag. 20 *Verheyf* Opp. III. pag. 770. *Sauvages* Nosol. II. 393.

calculos tunica veſicae obductos *n*), veſicae appendicibus inhaerentes et sacco incluſos cum veſica iunctos *o*), veſicae tunicis adhaerentes *p*), eam totam propemodum replentes *q*), corpus peregrinum v. c. ſpicam ſecalinam *r*),

n) *Cattier* ad Borellum 15. *Lobſtein* de calculis veſicae urinariae cyſticis Arg. 1774. *Joh. Iust. Noltens* Bemerkungen von Steinen, welche in den Harngängen zwiſchen den Häuten der Urinblaſe geſunden werden. Caſſel. 1779. 8.

o) *Lobſtein* l. l. *Sandifort* obſerv. anatom. pathol. III. 31. IV. 76. 81. *Io. Fr.* de *Broke* de veſicae urinariae appendicibus. Arg. 1754. 4. Kongl. Vetenſkaps Academiens Handlingar XXII. 299. Comm. Lipſ. Dec. I. Suppl. 540. 561.

p) *Platner* et *Tilling* de calculo ad veſicam adhaereſcente, L. 1737. 4. *Lobſtein* l. l. Mem. de l'acad. roy. de Chirurgie II. 268. 12. Hiſtoire des maladies de S. Domingue par *Pouppe Desportes* II. 212. Journal de Medecine IV. 363.

q) *Sandifort* obſ. anat. patholog. I. 90. 91. *Müller* rara de calculo veſicae obſervatio. Arg. 1768. 4.

r) Hiſtoire de l'acad. roy. des Sciences. 1753. 128. Breſl. Samml. 1724. 90 ubi cavus deſcribitur calculus.

phaſeolum *s*), acum *t*), fruſtulum oſſis *u*) recondentes, articulatione invicem nexos *x*), cryſtallis diſtinctos *y*), baccam mori referentes *z*) e. s. p.

Urethra.

§. 53.

Urethra pro diverſo sexu differt ortu, capacitate, longitudine et ſtructura.

§. 54.

s) Melanges de Chirurgie par *Cl. Pouteau* 293.

t) Comm. Lips. IV. 576.

u) *Pallas* Chirurgie p. 2.

x) *Trioen* Tab. I.

y) *Bonnetus* m. f. I. 782.

z) Ph. Tr. III. 58. — Praeter haec de calculis vesicae multa etiam leguntur in Hist. de l'acad. roy. des Scienc. 1702. 34. 12. calculus praegrandis 33. unc. 3. drach. 36. gran. Ph. Tr. no. 496. p. 596. Recueil periodique III. 237. 15. unc. *Gooch* Cases 54. 8. unc. *Closſy*. 153. 90. calc. *Bonnetus* m. s. I. 768. vesica 86. calculis repleta. Recueil periodique. II. 30?. 18. calc. Act. Helv. V. 162. 476. calc. Journal de medecine XVII. 173. -- Mem. de Berlin 1754. 92. -- calculus quasi involucris variis vestitus Comm. Lips. X. 522. -- calculi vesicales una cum renalibus et biliariis in uno cadavere Journal de Medecine

§. 54.

Commemoratur duplici orificio praedita *a*), sub glande aperta (ὑποσπαδιαῖος), inflammata, exulcerata *b*), cicatricosa, callosa, contracta *c*), coalita.

Obſervarunt eius abſceſſus *d*), carunculas *e*); inhaeſerunt ipſi acus *f*), calculi *g*), oſſea fruſtula *h*).

Tu-

rine XXI. 349. — calculi quadrangulares. *Gooch* on Wounds and others chirurgical Subiects I. 180. — *Bromfield* Chirurgical obs. and cases. II. *Walter*, *Sandifort*, *Bonn* thes. ec.

a) *Borellus* 288.

b) Disseration sur les maladies de l' urethre — par *Andre* 12.

c) Verhandl te Haarlem. XX. 2. Deel.

d) *Stoll* rat. med. I. 163.

e) Phil. Tr. IV. 101. *Andre* l. c. *George Arnaud* sur les maladies de l' urethre Amst. 1764. 12.

f) *Helds* Auszüge III. 398. Journal de Med. 1783. 229.

g) Ph. Tr. IV. 125. *Bertrandi* traité des operations 173.

h) Recueil periodique VI. 107.

Tument nonnunquam glandulae Cowperi et Littrii vaſis varicoſis obductae.

De sexus sequioris urethra eadem propemodum valent.

Genitalia Virorum.

§. 55.

Harum partium aliae sunt externae, aliae internae, formanturque ex tela cellulosa, fabrica spongiosa, membranis atque permultis vaſis et nervis. Singularum partium ſtructura et forma ex anatome cognita eſt.

§. 56.

Scrotum ab aere (emphysema scroti) sanguine, aqua inter cellulosam collecta (oedema scroti) vel in ipso scroto circa teſticulum praesente (hydrops scroti), pure, ab hernia vera, herniis spuriis, quas schola dicere consuevit, vel in utroque vel alte-

alterutro latere vel a nimia pinguedine diſtentum tumet; inſident cuti scroti venae varicosae, porri, verrucae e. s. p. Praeterea saepe inflammationi atque imprimis gangraenae et carcinomati *i*) opportunum ſit, quemadmodum etiam ulceribus e. s. p. obnoxium eſt.

Tunica vaginalis iuſto denſior eſt, craſſior, teſti adnata, sero (hydrocele tunicae vaginalis), sanguine (haematocele) plena.

Tunica albuginea craſſior eſt, tuberculis obseſſa, sero diſtenta, (hydrocele tunicae albugineae).

Funiculi spermatici vasa et venosa et lymphatica tument in varicocele s. κιρσοκήλη, et aqua sunt circumdata in hydrocele funiculi spermatici.

Nobis hydroceles species nondum accurate satis diſtinctae videntur *k*).

Te-

i) *Pott* Works III. 225.

k) *Douglas*, *Pott*, *Sabatier*, *Koch* Epist. grat. Lips.

Teſticulus repertus eſt inflammatus, scirrhosus *l*) (σαρκοκήλη), ſteatomatosus, carcinomaticus *m*). Commemorantur porro monorchides *n*), triorchides *o*), (?) eius hydatides, et observantur eiusdem hydrops *p*), descensus aliquantisper retardatus *q*), (Parorchidium) ſitusque alienus et a naturae regula abhorrens *r*), concrementa terrea in epididymide *s*).

Vas deferens tumidum, scirrhosum c. s. p. eſt inventum.

Veſiculae seminales obveniunt aqua, pu-

l) *Wedel* et *Adriani* de tumoribus testium. Ienae. 1706. 4. Kongl. Suenska Vetenskaps Acad. Handlingar. XVIII. 29. *Pouppe Desportes* maladies de S. Domingue II. 75. *White* Cases 31.

m) Journal de Medecine XXX. 355.

n) *Borellus* 160. *Bonnetus* m. s. I. 856.

o) *Borellus* 160.

p) *Douglas* on the hydrocele 169.

q) *Wrisberg* de testiculorum ex abdomine in scrotum descensu. Gott. 4.

r) *Rinlaender* de situ testiculorum alieno Arg. 1782. 4.

s) *Walter* obs. anat. 53.

pure *t*), calculosa materie *u*) repletae, abſceſſubus corruptae *x*), scirrhosae.

Proſtatam induratam, scirrhosam, excrescentiis, ulceribus, calculis *y*) c. s. p. affectam describunt.

Verumontanum inflammatum tumet, scirrhosum, exulceratum. Plura observanda reſtant.

Praeter membri virilis defectum *z*) commemorant eius cancrum ſicuti et alia vitia *a*).

Glans vel plane non perforata

b)

t) *Stoll* rat. med. I. 245.

u) *Hartmann* et *Matthaei* de calculis in vesica seminali — Frcfti ad Viadrum 1765. *Henman* medic. chirurgische Aufsätze Berlin 1778.

x) Comm. Lips. XVII. 88.

y) *Nicolai* Pathol. Fortsez. I. 376. *I. C. Pohl* et *Neigefeind* de prostatis calculo affectis.

z) *Cattier* ad Borellum 82. *Bonnetus* m. s. I. 847.

a) Altenburger Samml. I. 129. *Brockhausen* de excretionis urinae impedimentis a vitiis membri virilis Arg. 1781. *Gruner* de causis impotentiae sexus potioris. Ienae.

b) vel loco insolito ex vitio ſtructurae aperta eſt.

Praeputium obſervatum eſt verruca *c*) obſeſſum, iuſto longius, iuſto brevius, tumidum, oedematoſum, ſuper glandem coarctatum (φίμωσις), poſt glandem ratractum (παραφίμωσις), interque ipſum et glandem calculi enati ſunt *d*). Caeterum iisdem, quibus integumenta communia, morbis obnoxium eſt.

Hermaphroditi *e*) commemorandi

b) *Bonnetus* m. s. I. 850.

c) Journal de Medecine XVII. 178.

d) Ph. Tr. III. 82. *Pallas* Chirurgie p. 229. *Petit* maladies chirurgicales. *Bonn* Thes. 144. *Walter* obſerv. anatom. 54.

e) *Ianus Plancus*, *Licetus*, *Bartholinus*, *Diemerbroeck*, *Graaf*, *Parsons*, *Haller*, *Arnaud*. — Malae partium genitalium conformationis multa extant exempla, quae etiam huc faciunt in novis commentariis Acad. Sc. Imp. Petropolitanae. I. 315. seqq. *Martaud* in singulari dissertatione Paris 1749. Recueil periodique V. 108. Acta Acad. Elect. Moguntinae scientiarum utilium. II. 431. Mem. de l'acad. roy. des Sciences 1761. 116. Comm. Lipſ. XVIII. 603. —.

di saltem sunt, ne aliquid ſilentio praeteriiſſe videamur.

Genitales mulierum partes externae.

§. 57.

Quoad ſtructuram cum reliquis partibus cutaneis conveniunt, excepta clitoride, quae spongiosa eſt.

§. 58.

Labia pudendorum maiora deprehenduntur deformia *f)*, permagna, inflammata, gangraenosa, tuberculis obſeſſa (Ficus, Sicoma, Marisca), oedematosa *g)*.

Labia pudendorum minora s. Nymphae commemorantur propendentes *h)* atque permagnae (in foeminis

f) Recueil periodique VIII. 59.

g) *Bonnetus* m. s. II. 15.

h) *Gooch* on wounds and others chirurgical Subiects. II. 246.

nis imprimis Capitis bonae spei), aqua interfuſa diſtentae, inflammatae, gangraenosae, vermibus obseſſae *i*).

Clitoris reperta eſt cute omnino occlusa, excrescentiis obseſſa *k*), carcinomatica *l*) e. s. p.

Vagina duplex *m*) eſt iuſtoque vel brevior vel longior, item laxa, materia albida et cinerea foedata, inflammata, gangraenosa, scirrhosa, carcinomatica, rupta *n*), callosa *o*), anguſta *p*), nonnunquam etiam con-

cre-

i) *Sauvages* II. 149.

k) *Bonnetus* m. s. II. 14. Kongl. Suenska Vetenskaps Acad. Handl. 1754. XV. 149.

l) *Schmuckers* vermischte chirurgische Schriften. II.

m) *Halleri* Opuscula pathologica obs. 60. *Boehmeri* obs. anat. rarior. fasciculus II. 56. *Hirt* observatt. quaedam ad artem obstetriciam pertinentes. Ienae 1784. Soc. med. Havn. Collect. I. 146. *Eisenmann*.

n) Bresl. Samml. 1721. 648. 1722. 333

o) *Trioen* Obs. 63.

p) Hist. de l'acad. roy. des Sc. 1748. 58. *Sandifort* obs. anat. path. II. 57. 67. *Richters* chir. Bibl. VI. 742.

creſcit *q*), (Atreſia vaginae) inque uteri prolapsu ipso eſt repleta.

Noſſe etiam debemus eius hernias omentales, inteſtinales, veſicales *r*), prolapsus columnae anterioris et poſterioris *s*), tumores *t*), polypos *u*) ſteatomata *x*), calculos *y*), foetus *z*), (?) qui sub partus s. conceptionis vaginalis nomine veniunt.

q) Bresl. Samml. 1721. 79. *Borellus* 83. *Bonnet* m. s. II. 14. 995. *Sandifort* obs. II. 67. Comm. Lips. V. 462. Medical Commentaries London. II. v. *Creuzenfeld* bibl. chirurg. I. 361. *Schmalz* Vorfälle 31.

r) *Hoin* ad le Blanc. cf. supra.

s) Comm. Lips. Dec. II. Suppl. 374. *Loder* de vaginae uteri procidentia. Pr. I-III. 1781. *Stollers* Beobachtungen und Erfahrungen. Gotha. 1777. p. 25.

t) *Eschenbachs* Auszüge aus ital. Zeitschriften. I. 177.

u) *Deevern* 139. *Levret*, *Herbiniaux*.

x) Journal de Medecine. XV. 66.

y) Consultations par *le Dran* p. 337. *Stoller's* Boebachtungen und Erfahrungen. p. 25.

z) Journal de Medecine LI. Tableau raisonné Yverdon 1779. T. I. p. 177.

Partes foeminarum genitales internae.

§. 59.

Matrix viscus eſt valde dilatabile, orificio, collo et fundo inſtructum, musculosum, cellulosum, spongiosum perque ligamenta lata, rotunda et circularia vicinis annexum partibus, veſicam inter et inteſtinum rectum poſitum.

§. 60.

Secundum observatores aliquando plane defuit *a)*.

Inventus eſt uterus duplex atque bipartitus *b)*.

Si-

a) *Sandifort* obs. anat. path. II. 62. IV. 61. 62. Recueil periodique ec. VI. 128. *Lieutaud* hist. anatom. pract. *G. Hill* de utero deficiente. Pragae 1777. *Metzgers* Schriften II. 219. *Hemmanns* med. chirurg. Aufsätze.

b) *Bonnetus* m. s. II. 6. Hist. de l'acad. roy. des Sciences à Paris 1705. p. 59. 1743. p.

Situm mutat in prolapsu s. procidentia *c*) (ὑστεροπτοσις), hernia s. inverſione *d*) (ὑστεροκήλη), tempore graviditatis, in obliquitate anteriori s. inclinatione *e*) (ὑστερολοξια anterior) poſteriori s. retroverſione, re-

p. 119. 8. *Lieutaud* hist. anat. pract. *Eisenmann* tabb. anat. uteri duplicis Arg. 1752. Journal de medecine XIII. Acta Moguntina. II. 451. *Olof Acrel* chirurgische Vorfälle II. 96. Comm. Lips. XVII. 51. 688. *Leveling* de utero bicorni et vagina prope uterum non infracta Ingolstadii. 1781. 8. Phil. Transact. LXIV. 474. London Medical Journal 1781. p. 359. *Baldingers* neves Magazin für Aerzte. IV. 65. Magnif. *Bose* Uteri per morbum bifidi exemplum. L. 1779.

c) *Ruysch* VIII. II. fig. 3. Recueil periodique VI. 390. Memoires de l'acad. roy. de Chirurgie III. 361. Journal de Medecine X. 60. XL. 160. Astruc maladies des femmes III. *Ph. ad Boehemer* de prolapsu et inversione uteri eiusque vaginae relaxatione H. 1745. 4.

d) *Steidele* von dem unvermeidl. Gebrauche der Instrumente. p. 105. *Plenk*, *Stein*, *Baudeloque*, *Bergen* et *Wesenfeld* de inversione uteri Francof. ad Viadrum 1732. *Boehmer* et *Wachter* de prolapsu et inversione uteri Halae 1745. *Heister* et *Schlegel* de prolapsu uteri. cum inversione Helmst. 1750.

e) *Stoll* rat. med. I. 223.

troflexione, reclinatione *f*) (ὑστερολοξία posterior) et laterali *g*) quarum ea, quae dextrorſum fit, frequentior eſt.

Praeterquam quod uterus volumine mox excedit, mox compreſſus *h*) eſt, animadvertunt medici etiam ſubſtantiae eius vitia.

Eſt enim inflammatus (metritis) ſcirrhosus *i*), carcinomaticus, iuſto craſſior aut tenuior, aequo durior vel mollior, cartilagineus *k*), oſſe-us

f) *Hunter* anatomia uteri gravidi *Henr. Cuypers* de retroversione uteri gravidi L. B. 1777. 4. *Wall* de uteri gravidi retroversione Halae 1782. 4. Journal de Medecine 1784. Janv. 64. Med. Obs. and Inquiries. London V. Collectanea Havn. II. 299. *Richters* chirurg. Bibl. V. 132. 548.

g) Collectanea Havniensia II. *Steins* Geburtshülfe.

h) *Sandifort* obs. anat. path. I. 63.

i) Ph. Tr. III. 109. *Sandifort* obs. anat. path. I. 107. 108. IV. 113. seq. Hist. de l' acad. roy. des Sciences à Paris 1748. *T. G. Roederer* de uteri scirrho. Gott. 1756. 4. *Vogel* de cur. et cogn. morbis 189. seqq. *Gassmann* de scirrho uteri Arg. 1758.

k) *Bonnetus* m. s. II. 16.

us *l*), fungo *m*), sarcomate *n*), ſteatomate *o*), abſceſſu *p*), ulcere *q*) corruptus, in ſuperficie a tuberculis, verrucis *r*), excreſcentiis fungoſis exaſperatus atque membranis adventitiis *s*) tunicatus, perforatus *t*), ruptus *u*); — orificium eius eſt di-

H 3 la-

l) Journal de Medecine XI. 336. Phil. Tsansact. IX. 191. *Sauvages* II. 124.

m) *Bonnetus* m. s. II. 24. Comm. Lips. Dec. II. Suppl. 376.

n) Acta Nat. Cur. IX. 59. *Zinn* in comm. Gott. II. *Sandifort* obſerv. anat. path. I. 111. *Schneider* Geſchicte IX. 116.

o) *De Haen* rat. med. VII. cap. 5.

p) *Bonnetus* m. s. II. 91. Breſl. Samml. 1725. 96. *Harderi* Apiar. Obſerv. 58. *Aſtruc* maladies des femmes. III. *Raulin* Traité des mäladies des femmes en couche. Paris 1771.

q) *Schneider* chirurgiſche Geſchichte VI. 44.

r) Phil. Transact. III. 112. *Sandifort* Exercitt. I. 108.

s) *Sandifort* Exercitt. I- 101. 107.

t) *Liutaud* hiſt. anat. pract.

u) *Bonnetus* m. s. II. 21. *Lieutaud* l. l. Breſl. Samml. 1724. 323. 425. *Doeveru* 128. *Sandifort* obſerv. anat. path. I. 63. 114. II. 71. III. 2. *Halleri* opuſc. path. obs. 37. Recueil periodique I. 368. V. 458. Eſſays and Obſervations — Edinburgh II. 338. *Pouteau* Me-

lan-

latatum, inflammatum, erosum, dilaceratum, occlusum *x*); etiam cavitatis uteri capacitas variat.

Colligitur in utero serum, sanguis *y*) (menorrhagia), mucus variae indolis (λευοοῤῥοια), aqua *z*) (hy-

langes de Chirurgie 485. *Cranz* de rupto in partus doloribus a foetu utero. Lipsiae 1756 8. *Smellie* — Journal de Medecine XXV. 532 XXVIII. 448. XXXVII. *Lind* de ruptura uteri eiusque sequelis ac methodo medendi 4. *I. I. Müller* cas. rar. uteri in partu rupti. Baſileae 4. 1745. *C. I. Pistorius* de foetu rupto utero in abdomen prorumpente. Arg. 1726. *I. F. Behling* casus rupti in partu uteri Altorf. 1736. 4. *Quelmalz* de uteri ruptura L. 1756. Exc. *Ghler* de utero in partu rupto. L. 1783. Journ. de Medecine XLII. Collect. Havniensia II. 326. *Schneider* Geschichte VIII. 102. *Steidele* Beobachtungen. Wien 1774. 8. Idem vom unvermeidlichen Gebrauche der instrumente.

x) *Sandifort* obs anat. path. II. 63. IV. 62. Kongl. Vetenskaps Acad. Handlingar Stockholm. XXVIII. 301. Mem. de la Soc. de Medecine II. 249.

y) *Blancard* 133.

z) *Bonnetus* m. s. II. 25. *Borellus* 130. *Blancard* 241. *Doevern* 86. 87. *Ch[illegible]ton* 44. *Lieutaud* l. c. Comm. Lips. III. 648. Essays and Observations Edinburgh. II. 342. *Puzos* Acc. 84.

(hydrops uteri, hydrometra); reperiuntur in ipſo hydatides *a*), oſſa foetus putridi *b*), molae veſiculares, hydatodes, carneae, oſſeae c) foetus petrefacti *d*), (?) pili *e*), calculi *f*), concrementa oſſea *g*), vermes *h*), (?) adcreſcunt variis in locis ſubſtantiae ipſius polypi *i*), ex-

a) Breſl. Samml. 1720. 212. 1721. 411. 1723. 100. 313. 1724. 212. 1725. 665. 1726. 353. Ph. Tr. II. 170. *Sandifort*. Obs. anat. path. II. 81. Journal de Medecine XXIV. 368.

b) *Bonnetus* m. s. II. 28.

c) Breſl. Samml. 1724. 422. 1725. 90. *Blancard* 213. *Lamzweerde* hiſt. molarum uteri L. B. 8. *Trioen* 72. *Haller* Elem. Phys. VIII. 253. Comm. Gottingenſes II. 354. Comm. Lipſienſes. V. 461.

d) *Lieutaud* hiſt. a. p.

e) *Blancard* 139.

f) *Bonnetus* m. s. II. 17. Sepulcretum 1195. *Blancard* 157. 288. *Lieutaud*. Mem. de l' acad. roy. de Chirurgie II. 130. 585. Verhandlingen te Harlem. III. 603. *Bromfield* ch. obs. and caſes. *Walter* obs. anat. 53.

g) *Boehmer* obs. faſc. II.

h) *Bonnetus* m. s. II. 28.

i) *Sandifort* Obs. a. p. II. 60? Exercitt. 102. Memoir. de l' acad. roy. de Chirurgie III. 518. Hiſt. de la Soc. roy. des Sciences

crescentiae lipomatosae (κέρκωσις) e. s. p.

§. 61.

Tubae Fallopianae utero annexae ipsumque intrantes et inaequali diametro ac ſimbriis inſtructae duo habent oriſicia, quorum ſimbriatum uterino amplius eſt.

§. 62.

In graviditate et pro ſitus uteri diverſitate etiam tubarum ſitus mutatur.

Earum vel altera reperta eſt craſſior et amplior, ſimbriis deſtituta k), inflammata, absceſſu consumta l) vel ambae deprehensae sunt prope uterum diſtentae, et mox ad ſimbrias maximam partem clausae

de Montpellier I. 42. Journal de Medecine XXV. 364. 551. XXXII. 50. XXXVI. 180. XXXIX. *Levret*, *Herbiniaux*.

k) *Morgagni*.

l) *Morgagni*.

sae *m*), tumoribus *n*), scirrho, ſteatomatibus e. s. p. deformes, oſſificatae *o*), cumque ovariis concretae *p*).

Continent praeter naturae legem aquam *q*) (hydrops Tubae) hydatides *r*), pus, foetus *s*), molas e. s. p.

§. 63.

Ovaria spongiosa, membranacea, corporibus Graafianis luteis inſtructa poſt et supra tubas Fallopianas poſita sunt.

§. 64.

m) *Sandifort* Obs. anat. path. II. 58. 60. 73. IV. 64. 65. Exercitt. I. 102. 107. Wiener Beytraege II. 300.

n) *Harder* Apiar. 290. *De Haen* rat. med. VI. 36. seq.

o) Journal de Medecine XVIII. 69.

p) *Morgagni*.

q) *Bonnetus* m. s. II. 27. *Lieutaud* I. 343.

r) *Morgagni*.

s) *Haller* El. Phys. VIII. 47. Mem. de l'acad. roy. des Sc. à Paris 1702. 290. 410. 12. *Duverney* Oeuvres T. II. p. 510. *Graaf* — *Lieutaud*. Medical Observations and Inquiries London. III. 341. *Büttners* Wahrnehmungen p. 205. Recueil period. V. 380. *Fritze* de conceptione tubaria Arg. 1779. *Corvinus* de conceptione tubaria Arg. 1780.

§. 64.

Alterius deſicientis *t*), ſicuti et amborum absentiae *u*) exempla commemorantur.

In graviditate et variis uteri morbis a naturali ſitu recedunt.

Deformia sunt iuſtoque vel maiora *x*) vel minora *y*), cumque tuba et colo inteſtino coalita *z*).

Tumentia *a*), inflammata, gangraenosa, sphacelosa, iuſto duriora, scirrhosa *b*), in maſſam sebaceam con-

t) *Morgagni*, *Walter* de morbis peritonaei. — alii.

u) *Morgagni*.

x) *Sandifort* obs. a. p. II. 60.

y) *Sandifort* obs. a. p. II. 58.

z) *Morgagni*.

a) Ph. Tr. III. 129. Tumor ovarii 17 unciarum. Verhandelingen et Haarlem. VI 436. — Hist. de l'acad. roy. des Sciences de Berlin. 1758. 65. *Forlani* rariores obs. 35. 94. Comm. Lips. XIX. 538. Kongl. Vetenskaps Acad. Handlingar Stockolm. XXXII. 199 Wiener Beytraege II. 300.

b) *Cheston* Inquir. *Haller* opera anatomica minora III. 348. Med. Wochenblatt 1783. 39.

conversa *c*), cellulis globulisque nigris diſtincta *d*), cartilaginea *e*), oſsea *f*) et in tumores permagnos *g*) expansa reperta sunt.

Referunt scriptores observationes de aqua *h*) (ascites ovariorum), hydatidibus *i*), sanguine, pure, crinibus, oſſibus, dentibus *k*), foetibus

39. St. *Halleri* diss. pr. IV. 481. 495. *Knüger* Pathologia ovariorum muliebrium Gott. 1782. *Sckmalz* 21.

c) *Morgagni*.

d) *Morgagni*.

e) *Morgagni*.

f) *Morgagni*. *Walter* obs. anat. 53.

g) *Wille* de stupendo abdominis tumore. Bas. 1731. 4. I. *E. Schlenker* de singulari ovarii sinistri morbo. L. B. 1722.

h) Ph. Tr. I. 222. II. 164. *Trioen* 77. *Cheston* 44. *Huth* de hydrope ovarii Arg. 1760. *Fehr* de virgine hydrope utriusque ovarii cum ascite laborante Arg. 1762. *Bolten* de insigni aquae ex utero effluxu. Arg. 1781. Coll. Havn. II. Wiener Beytraege II. 325. Verhandlingen te Haarlem VI. 543.

i) *Sandifort* obs. a. p. II. 82.

k) *Blancard* 240. Ph. Tr. I. 235. *P. G. Schacher* de ovario in atheroma pilosum mutato ad diss. *Sartorii* de usu hydrargyri interno Lips.

bus *l*) in ovariis inventis.

Quid intelligunt proprie ſcriptores per ovarii herniam *m*)?

Sterilitatis mentio ſaltem eſt iniicienda *u*).

Placenta uterina. Funiculus umbilicalis.

§. 65.

Placenta ex celluloſa et vaſis du-

